   Origanum folio subrotundo. *Bauh. pin.* 223. *Hall. Jen. Rupp.* 236.
   Origanum monspeliense pulchrum. *Cam. epit.* 468.
   Habitat *in monte supra* Nusdorff, *rarius.*
2. ORIGANVM spicis subrotundis paniculatis conglomeratis, bracteis calyce longioribus ovatis. *Linn. Sp. pl.* 590.
   Origanum foliis ovatis, spicis laxis erectis confertis paniculatis. *Fl. Suec.* 480.

Ori-

Origanum sylvestre. *Bauh. pin. 223.*
Origanum sylvestre seu vulgare. *Fuchs. hist. 522.*
Habitat *passim in vepretis circa* Dornbach, Grinzing, Murobacium, *&* Leytæpontum.

3. ORIGANUM foliis ovalibus obtusis, spicis subrotundis compactis pubescentibus. *Hort. Ups. 151.*
Majorana vulgaris. *Bauh. pin. 224.*
Amaracus vulgatior. *Lob. icon. 498.*
β. Majorana tenuifolia. *Bauh. pin. 224.*
Majorana hortensis odorata perennis. *Moris. hist. 3. p. 359.*
Hospitatur *copiose sub dio in agris, hortisque oleraceis* Nischiterii, *ac passim alibi in hortis β. æstate in areis & apricariis, hyeme in frigidariis hortorum* Viennæ, *& præsertim* Leytæponti *in horto* Excellentissimi Comitis Ernesti ab Harrach.

THYMUS.

1. THYMUS floribus capitatis, caulibus repentibus, foliis planis obtusis basi ciliatis. *Fl. Suec. 477.*
Thymus repens, foliis planis, floribus verticillato-spicatis. *Hort. Cliff. 306.*
Serpyllum vulgare minus. *Bauh. pin. 220.*
Sepyllum vulgare. *Dodon. pempt. 277.*
β. Serpyllum vulgare majus. *Bauh. pin. 220.*
γ. Serpyllum foliis citri odore. *Bauh. pin. 220.*
Habitat *passim ad vias regias in agrorum marginibus, in pascuis & montosis. β. & γ. ad rubetum supra* Burckersdorff *copiose.*

2. THYMUS erectus, foliis revolutis ovatis, floribus verticillato-spicatis. *Hort. Ups. 160.*
Thymus vulgaris folio tenuiore. *Bauh. pin. 219.*
β. Thymus vulgaris folio latiore. *Bauh. pin. 219.*
Thymum durius. *Dodon. pempt. 276.*
Hospitatur *passim in hortis sub dio præsertim oleraceis.*

3. THYMUS floribus verticillatis, pedunculis unifloris, caulibus erectis subramosis, foliis acutis serratis. *Fl. Suec. 478.*
Thymus caulibus vix ramosis, foliis ovatis acutis, pedunculis plurimis unifloris. *Hort. Cliff. 306.*
Clinopodium arvense, ocymi facie. *Bauh. pin. 225.*
Clinopodium vulgare. *Lob. icon. 506. Clus. hist. 1. p. 354.*

Acinos Rivini. *Hall. Jen. Rupp. 233.*
Ocimum ſylveſtre, Acinos. *Dodon. pempt. 280.*
Habitat *circa* Neudorff, Waring, Döbling, & Dornbach, *inter* Salmersdorff, & Weidling, & *juxta* Weinhaus *in vallo illo a Turcis tempore aſſedii Viennenſis facto alibique.*

4. THYMUS verticillis ſexfloris, foliis obtuſiuſculis concavis ſubſerratis. *Linn. Sp. pl. 591.*
Clinopodium verticillis paucifloris in ſpicam congeſtis. *Hall. helv. 653.*
Clinopodium montanum. *Bauh. pin. 225.*
Acini pulchra ſpecies. *Bauh. hiſt. 3. p. 620.*
Habitat *in montibus* Medlingenſibus, Badenſibusque.

MELISSA.

1. MELISSA racemis axillaribus verticillatis: pedicellis ſimplicibus. *Linn. Sp. pl. 592.*
Meliſſa floribus ex alis inferioribus ſubſeſſilibus. *Hort. Upſ. 163.*
Meliſſa hortenſis. *Bauh. pin. 229.*
Apiaſtrum ſ. Meliſſophyllum. *Lob. hiſt. 227.*
Hoſpitatur *ubique in hortis ſub dio.*

2. MELISSA pedunculis axillaribus dichotomis longitudine florum. *Linn. Sp. pl. 592.*
Calamintha magno flore. *Bauh. pin. 229. Riv. mon. irr.*
Calamintha montana præſtantior. *Besl. eyſt. æſt. 7. t. 7. f. 1.*
Hoſpitatur *hinc inde in hortis* Viennæ *præſertim olim in horto* Favoritæ Videnſis.

3. MELISSA pedunculis axillaribus dichotomis longitudine foliorum. *Linn. Sp. pl. 593.*
Meliſſa floribus ex alis ſuperioribus pedunculo communi confertis. *Mat. med. 295.*
Calamintha vulgaris & officinarum Germaniæ. *Bauh. pin. 228.*
Calamintha montana. *Dodon. pempt. 98.*
Hoſpitatur *hinc inde in hortis rhizotomarum.*

4. MELISSA pedunculis axillaribus dichotomis folio longioribus, caule decumbente. *Linn. Sp. pl. 593.*
Calamintha pulegii odore ſ. Nepeta. *Bauh. pin. 228.*
Calamintha flore minore odore pulegii. *Bauh. hiſt. 3. part. 2. p. 229.*

Pu-

Pulegium ſylveſtre ſeu Calamintha altera. *Dodon. pempt. 98.*
Hoſpitatur *ſub dio in hortulo botanico fratris* Honorii *apud* FF. Miſericordiæ *in ſuburbio* Leopoldino Viennæ.

DRACOCEPHALUM.

DRACOCEPHALUM floribus ſpicatis, foliis bracteisque linearibus partitis ſpinoſis. *Linn. Sp. pl. 595.*
Hyſſopus ſpicis interruptis. *Hort. Cliff. 364.*
Hyſſopus auſtriacus, magno flore, folio chamæpithios. *Herm. lugdb. 330.*
Chamæpithys cærulea auſtriaca, *Bauh. pin. 250.*
Chamæpithys auſtriaca. *Cluſ. hiſt. 2. p. 185.*
Habitantem *ſemel inveni monte* Leopoldsberg, *monti* Cecio *vicino, eandem vero nuper* D. Myſsley *collega meus pariter ac* Herniariam, *aliasque rariſſimas plantas a me vel omiſſas vel non obſervatas copioſe creſcentem invenit; locum autem per litteras roganti non ſignificavit. Nec ego, cum ex peritiſſimi hujus botanici ſyllabum plantarum auſtriacarum jam dudum deſideratum, breviter publici juris fieri ſperem, ulterius ſollicitavi.*

MELITTIS.

MELITTIS. *Hort. Cliff. 390. Linn. Sp. pl. 597.*
Meliſſa. *Fuchſii Cam. hort. 99. 30. Lob. icon. 515.*
Meliſſophyllum Rivini. *Hall. Jen. Rupp. 232.*
Lamium montanum. Meliſſæ folio. *Bauh. pin. 231.*
Habitat *inter* Salmersdorff & Weidling, *ſupra* Petersdorff *ad viam quæ ducit* Gishübel *inter frutices, circa* Latifontum, & *in* Leytaberg, *ac ad monaſterium vulgo deſertum dictum* Mannersdorffii.

OCIMUM.

OCIMUM foliis ovatis glabris, calycibus ciliatis. *Hort. Upſ. 168.*
Ocymum caryophyllatum majus. *Bauh. pin. 226.*
Ocymum. *Cam. epit. 308.*
β. Ocymum caryophyllatum maximum. *Bauh. pin. 226.*
γ. Ocymum latifolium maculatum ſ. criſpum. *Bauh. pin. 226.*

δ. Ocymum viride foliis bullatis. *Bauh. pin. 225.*

Hospitatur *passim in hortis sub dio, præsertim omnes fere varietates in horto* Leytæpontano Excellentissimi Comitis Ernesti ab Harrach.

2. OCIMUM foliis ovatis integerrimis. *Hort. Upsf. 169.*
Ocimum minimum. *Bauh. pin. 226.*
Ocimum minus. *Dodon. pempt. 279.*

Hospitatur *sub dio in horto* Leytæpontano Excellentissimi Comitis Ernesti ab Harrach, *& passim alibi cum præcedente.*

SCUTELLARIA.

1. SCUTELLARIA foliis cordato-lanceolatis crenatis, floribus axillaribus. *Fl. Suec. 499.*
Cassida palustris, vulgatior, flore cæruleo. *Tournefort. Hall. Jen. Rupp. 223.*
Scutellaria. *Riv. mon. irr.*
Lysimachia cærulea galericulata f. Gratiola cærulea. *Bauh. pin. 246.*
Lysimachia galericulata. *Dalech. hist. 1060.*
Tertianaria, aliis lysimachia galericulata. *Bauh. hist. 3. p. 435.*

Habitat *hinc inde ad fluviorum, torrentium, & rivulorum ripas, in salicetis, præsertim* Fischamentæ.

PRUNELLA.

1. PRUNELLA foliis ovato oblongis petiolatis. *Linn. Sp. pl. 600.*
Brunella major, folio non dissecto. *Bauh. pin. 260.*
Brunella. *Dodon. pempt. 136.*

β. Brunella cærulea magno flore. *Bauh. pin. 261.*
Brunella prima non vulgaris. *Clus. hist. 2. p. 43.*

γ. Brunella minor alba laciniata. *Bauh. pin. 261.*

Habitat *passim in pascuis præsertim circa* Dornbach, Salmersdorff, Weidling, Döbling, *&* Grinzing, *ubi varietates promiscue occurrunt.*

AN-

ANGIOSPERMIA.

RHINANTHUS.

1. Rhinanthus corollarum labio superiore compresso breviore. *Fl. Lapp. 248. Fl. Suec. 503.*

Pedicularis pratensis lutea s. Crista galli. *Bauh. pin. 163.*

β. Crista galli angustifolia montana. *Bauh. pin. 163. prodr. 86.*

Habitat *in prato* Murobacensi, *in insula* Geimanniana *pratisque humidioribus* Fischamentæ, *ac passim alibi*, *β. in alpis* Breininæ *primo jugo.*

EUPHRASIA.

. Euphrasia foliis ovatis argute dentatis. *Fl. Lapp. 247. Fl. Suec. 516.*

Euphrasia officinarum. *Bauh. pin. 233.*

Euphrasia minor. *Dill. app. ad Giss. 53.*

Euphrasia. *Cam. epit. 767.*

Habitat *in* Brader, *in valle* Döblingensi, *in insula* Geimanniana Fischamentæ, *in valle* Breinina, *&* *in pratis circa* Leytæpontum, *alibique passim.*

. Euphrasia foliis linearibus: omnibus serratis. *Fl. Suec. 517.*

Euphrasia pratensis rubra, *Bauh. pin. 234.*

Euphrasia altera. *Dodon. pempt. 55.*

Odontites. Riv. mon. irr. *Dill. gen. nov. 117. Hall. Jen. Rupp. 239. Tabern. icon. 242.*

Pedicularis serotina, purpurascente flore. *Tournef. inst. 172.*

Habitat *inter* Ladendorff, *&* Rusbach *in pratis ad sinistram viæ sitis*, *sicut etiam in valle* Breinina, *alibique.*

. Euphrasia foliis linearibus serratis: superioribus integerrimis. *Linn. Sp. pl. 604.*

Euphrasia pratensis lutea. *Bauh. pin. 234.*

Euphrasia lutea montana angustifolia major altera. *Col. ecphr. 1. p. 204. t. 203.*

Odontites flore luteo. Tabern. & Rivini. *Hall. Jen. Rupp. 239.*

Pedicularis serotina lutea. *Tournef. inst. 172.*

Habitat *in monte* Cecio *seu* Kalenberg, *aut ut alii volunt* Gallenberg, *&* *in valle* Breinina.

MELAMPYRVM.

1. MELAMPYRVM ſpicis quadrangularibus compactis obtuſis imbricatis. *Linn. Sp. pl. 605.*
   Melampyrum ſpicis quadrangularibus compactis obtuſis ciliatis. *Fl. Suec. 510.*
   Melampyrum criſtatum. *Raj. hiſt. 775. Riv. mon. irr. & J. Bauh. hiſt. 3. p. 440. Hall. Jen. Rupp. 239.*
   Melampyrum luteum anguſtifolium. *Bauh. pin. 234.*
   Melampyrum luteum linariæ folio. *Bauh. prodr. 112.*
   Habitat *circa* Waring & Leytæpontum *in pratis aſperis alibique.*
2. MELAMPYRVM ſpicis conicis laxis laceris. *Fl. Suec. 511.*
   Melampyrum arvenſe. *Riv. mon. irr.*
   Melampyrum purpuraſcente coma. *Bauh. pin. 234. Hall. Jen. Rupp. 238.*
   Parietaria ſylveſtris 3. *Cluſ. hiſt. 2. p. 45.*
   Triticum vaccinum. *Dodon. pempt. 541.*
   Habitat *paſſim in agris arvisque, præſertim circa* Leytæpontum, Waringam, Weidlingam, Döblingam, & Fiſchamentam.
3. MELAMPYRVM bracteis cordato-lanceolatis: ſummis coloratis ſterilibus, calycibus lanatis. *Fl. Suec. 512.*
   Melampyrum ſylvaticum. *Riv. irr. mon. Hall. Jen. Rupp. 239.*
   Melampyrum cærulea coma. *Bauh. pin. 234.*
   Parietaria ſylveſtris I. *Cluſ. hiſt. 2. p. 44.*
   Habitat *in valle* Döblingenſi, *ubique in ſylvis circa* Leytæpontum, & *paſſim alibi in nemoribus.*
4. MELAMPYRVM florum conjugationibus remotis, corollis clauſis. *Fl. Suec. 513.*
   Melampyrum foliis lanceolatis, florum paribus remotis. *Fl. lapp. 240.*
   Melampyrum luteum latifolium. *Bauh. pin. 243.*
   Melampyrum montanum Rivini. *Hall. Jen. Rupp. 239.*
   Parietaria ſylveſtris II. *Cluſ. hiſt. 2. p. 44.*
   Habitat *minus frequens in ſepibus, & ſylvarum marginibus inter* Salmersdorff & Weidling *ac* Murobacium *præſertim.*

LATHRÆA.

1. LATHRÆA caule ſimpliciſſimo, corollis pendulis: labio inferiore trifido. *Fl. Suec. 518.*

Squa-

Squamaria Rivini & Loniceri. *Hall. Jen. Rupp. 238.*
Anblatum flore e rubro candicante. *Tournef. cor. 48.*
Anblatum. *Cord. hist. 89.*
Dentaria crocodylla. *Tabern. hist. 1231.*
Orobanche radice dentata major. *Bauh. pin. 88.*
Habitat *in opacis sylvæ* Murobacensis, Burckersdorffensis *trans rivum, & in saltibus* Leytabergensibus *supra* Mannersdorff.

PEDICVLARIS.

1. PEDICVLARIS caule ramoso, calycibus calloso-punctatis, corollis labio obliquis. *Linn. Sp. pl. 607.*
Pedicularis caule ramoso erecto, calycibus bifidis crenatis. *Hall. helv. 621. Fl. Suec. 505.*
Pedicularis. Rivini. *Hall. Jen. Rupp. 240.*
Pedicularis palustris alba elatior. *Tournef. inst. 173.*
Pedicularis pratensis rubra elatior. *Raj. hist. 740.*
Habitat *in pratis paludosis, præsertim* Murobacii, Fischamentæ, & Leytæponti.

2. PEDICVLARIS caule ramoso, calycibus oblongis angulatis lævibus, corollis labio cordato. *Linn. Sp. pl. 607.*
Pedicularis caule ramoso, floribus solitariis, calycibus quinquefidis. *Fl. Suec. 504.*
Pedicularis pratensis purpurea. *Bauh. pin. 163.*
Pedicularis humilior. *Hall. Jen. Rupp. 240.*
Pedicularis minor. *Riv. irr. mon. Dill. app. ad Giss. 40.*
Alectorolophi III. genus alterum. *Clus. hist. 2. p. 211.*
Fistularia. *Dodon. pempt. 556.*
Habitat *in alpe* Breinina, *sicut etiam in pratis montosis siccioribus hinc inde circa* Latifontum.

3. PEDICVLARIS caule subramoso, corollis galea rostrato-acuminatis, calycibus subhirsutis. *Linn. Sp. pl. 607.*
Pedicularis alpina, foliis alternis: pinnulis incisis, floribus sparsis rostratis purpureis. *Hall. helv. 621. t. 16. f. 1.*
Pedicularis alpina, filicis folio minor. *Bauh. pin. 163.*
Alectorolophos alpina 3. minor. *Clus. hist. 2. p. 210.*
Habitat *in alpe* Durrenstein, & Etscher.

4. PEDICVLARIS caule simplici, foliis quaternis. *Linn. Sp. pl. 608.*

Pedicularis alpina floribus purpureis ſpicatis, foliis pinnatis verticillatis. *Hall. helv. 623. t. 17. f. 1.*

Alectorolophos alpina 2. floribus purpureis. *Cluſ. hiſt. 2. p. 210.*

Filipendula montana altera. *Bauh. pin.. 163.*

Habitat *in* Schneeberg, Etſcher, & Durrenſtein.

ANTIRRHINVM.

1. Antirrhinvm foliis ovatis alternis, caule flaccido. *Hort. Upſ. 175.*

Antirrhinum foliis alternis ovatis. *Hort. Cliff. 323.*

Elatine. *Riv. mon. irr.*

Elatine folio ſubrotundo. *Bauh. pin. 252. Hall. Jen. Rupp. 242.*

Elatine mas folio ſubrotundo. *Bauh. hiſt. 3. p. 372.*

Veronica fœmina Fuchſii ſive Elatine. *Dodon. pempt. 42.*

Habitat *in arvis hinc inde, præſertim in* Azkersdorffenſibus.

2. Antirrhinvm foliis ſubquaternis linearibus, caule diffuſo, floribus racemoſis. *Linn. Sp. pl. 615.*

Linaria quadrifolia ſupina. *Bauh. pin. 213.*

Linaria 3. ſtiriaca. *Cluſ. hiſt. 1. p. 322.*

Habitat *in alpe* Breinina, & Schneeberg.

3. Antirrhinvm foliis lanceolato-linearibus confertis, caule erecto, ſpicis terminalibus ſeſſilibus, floribus imbricatis. *Fl. Suec. 501.*

Antirrhinum foliis linearibus ſparſis. *Hort. Cliff. 325.*

Linaria vulgaris lutea, flore majore. *Bauh. pin. 212.*

Oſyris Fuchs. hiſt. 543. *Cam. epit. 930.*

Habitat *paſſim in vallo ſuburbico* Viennenſi, *in* Tabor, *& ubique ad agrorum margines, juxta vias, ac in pomariis & ruderatis circa* Leytæpontum.

4. Antirrhinvm foliis lanceolatis obtuſis alternis, caule ramoſiſſimo diffuſo. *Hort. Cliff. 324. Fl. Suec. 502,*

Antirrhinum arvenſe minus. *Bauh. pin. 212.*

Antirrhinum tertium. *Cam. epit. 922.*

Linaria pumila vulgatior arvenſis. *Tournef. inſt. 169.*

Linaria arvenſis minima. *Riv. irr. mon.*

Habitat *in monte ſupra* Thermarum Badenſium *Scaturiginem.*

5. Antirrhinvm corollis ecaudatis, calycibus rotundatis. *Hort. Upſ. 175.*

An-

Antirrhinum foliis lanceolatis petiolatis, calycibus breviſſimis, racemo terminali. *Hort. Cliff. 324. n. 4.*
Antirrhinum majus alterum, folio longiore. *Bauh. pin. 211.*
Antirrhinum. *Dodon. pempt. 182. Lob. icon. 404.*
Habitat *in muris horti* Leytæpontani Excellentiſſimi Comitis Erneſti ab Harrach, *olim ibidem cultum.*

Antirrhinum corollis ecaudatis, calycibus corolla longioribus. *Hort. Uſp. 176.*
Antirrhinum foliis lanceolatis petiolatis, calycibus flores ſuperantibus. *Hort. Cliff. 324.*
Antirrhinum arvenſe majus. *Bauh. pin. 212.*
Antirrhinum ſylveſtre, Phyteuma. *Dodon. pempt. 182.*
Habitat *in vallo ſuburbico* Viennenſi *inter* Hernalſenſem & Lichtenthalenſem *portam. In horto olim* Favoritæ Videnſis *nunc* Gymnaſii Thereſiani, & *in arvis trans ultimum pontem* Danubialem *extra* Tabor.

SCROPHVLARIA.

Scrophvlaria foliis cordatis baſi transverſis, caule obtuſiuſculo. *Linn. Sp. pl. 619.*
Scrophularia foliis cordatis, racemo terminali. *Fl. Suec. 520.*
Scrophularia nodoſa fœtida. *Bauh. pin. 235.*
Scrophularia. *Cam. epit. 866. Dodon. pempt. 50.*
Habitat *inter* Salmersdorff, & Weidling, *ac paſſim in nemoribus inſularum* Danubialium *præſertim* Fiſchamentæ.

Scrophvlaria foliis cordatis, pedunculis axillaribus ſolitariis dichotomis. *Hort. Upſ. 177.*
Scrophularia flore luteo. *Bauh. pin. 236. prodr. 112. t. 112.*
Lamium pannonicum 2. exoticum. *Cluſ. hiſt. 2. p. 38.*
Hoſpitatur *in hortulo botanico fratris* Honorii *apud* FF. Miſericordiæ *in ſuburbio* Leopoldino Viennæ *ſub dio.*

DIGITALIS.

Digitalis calycinis foliolis ovatis acutis, corollis obtuſis; labio ſuperiore integro. *Hort. Upſ. 178.*
Digitalis foliolis calycinis ovatis. *Hort. Cliff. 318.*
Digitalis purpurea folio aſpero. *Bauh. pin. 243.*

Digitalis purpurea. *Dodon. pempt. 168.*
Habitat *in sylvis inter* Dornbach, & Weidling, *circa* Murobacium, & *in monte* Schneeberg.

OROBANCHE.

1. OROBANCHE caule simplicissimo pubescente, staminibus inclusis. *Linn. Sp. pl. 632.*
Orobanche caule simplicissimo. *Fl. Suec. 519.*
Orobanche major garyophyllum olens. *Bauh. pin. 37.*
Orobanche I. *Clus. hist. 1. p. 270.*
Habitat *passim in sylvis, agris, & pratis siccis præsertim circa* Burckersdorff, & Leytæpontum.

VITEX.

1. VITEX foliis digitatis, spicis verticillatis. *Linn. Sp. pl. 938.*
Vitex. Cam. epit. *105.* Rivini. *Hall. Jen. Rupp. 249.*
Vitex foliis angustioribus cannabis modo dispositis. *Bauh. pin. 475.*
Agnus castus officinarum.
Hospitatur *in horto* S. P. de Schwarzenburg Viennæ, *æstate in apricario, hyeme in frigidario.*

ACANTHUS.

1. ACANTHUS foliis sinuatis inermibus. *Hort. Ups. 181.*
Acanthus sativus s. mollis Virgilii. *Bauh. pin. 383.*
Carduus Acanthus s. Branca ursi. *Bauh. hist. 3. p. 75.*
Hospitatur *hinc inde in hortis magnatum Viennæ, præsertim in horto* Viennensi S. P. de Schwarzenburg, *æstate in apricario, hyeme in frigidario.*

MELIANTHUS.

1. MELIANTHUS stipulis solitariis petiolo adnatis. *Hort. Ups. 181.*
Melianthus africanus. *Herm. lugdb. 414. t. 415.*
Hospitatur *æstate in apricario, hyeme in frigidario* S. P. de Schwarzenburg Viennæ.

CLAS-

CLASSIS XV.

TETRADYNAMIA SILICVLOSA.

MYAGRVM.

MYAGRVM ſiliculis ovatis pedunculatis polyſpermis. *Fl. Suec. 541.*
Myagrum ſylveſtre. *Bauh. pin. 109.*
Alyſſum ſegetum foliis auriculatis acutis. *Tourneſ. inſt. 217.*
β. Myagrum ſativum. *Bauh. pin. 109.*
Camelina ſ. Myagrion. *Dodon. pempt. 532.*
Habitat *inter ſegetes paſſim, in vallo ſuburbico* Videnſi Viennæ *in inſula* Geimanniana *ad molam* Fiſchamentæ.
Hoſpitatur *β. paſſim inter linum in agris.*

ANASTATICA.

ANASTATICA. *Hort. Upſ. 183.*
Thlaſpi Roſa de hiericho dictum. *Moris. hiſt. 2. p. 228. ſ. 3. t. 25. f. 2. 3. Tourneſ. inſt. 213.*
Roſa hierochuntea vulgo dicta. *Bauh. pin. 484.*
Roſa hierochuntica. *Com. hort. t. 41.*
Roſa de hiericho. *Dalech. hiſt. 1796.*
Hoſpitatur *in horto* Excellentiſſimi Comitis de Windiſchgratz Trautmannsdorffii.

DRABA.

DRABA caulibus nudis, foliis inciſis. *Fl. Suec. 523.*
Draba vulgaris caule nudo, polygoni folio hirſuto. *Dill. gen. nov. 122. Giſſ. 40.*
Alyſſon vulgare, polygoni folio, caule nudo. *Tourneſ. inſt. 217. Hall. Jen. Rupp. 84.*
Burſa paſtoris minor, loculo oblongo. *Bauh. pin. 108.*
Burſa paſtoris minima. *Bauh. hiſt. 2. p. 937.*

Pa-

Paronychia vulgaris. *Dodon. pempt. 112.*
Alſine minima. *Tabern. icon. 708.*
Habitat *copioſe extra ſylvam* Petersdorffenſem *in plaga* Gieshübel *reſpiciente, ſicut etiam in agrorum marginibus, juxta viam inter* Hernals, & Dornbach, *alibique paſſim in aridis gramine tamen tenui veſtitis.*

LEPIDIVM.

1. LEPIDIVM floribus tetradynamis, foliis oblongis multifidis. *Hort. Upſ. 183.*
Lepidium foliis varie diviſis inciſisque. *Hort. Cliff. 331.*
Naſturtium ſylveſtre vulgatum. *Bauh. pin. 103.*
Naſturtium hortenſe. *Dodon. pempt. 711.*
β. Naſturtium hortenſe criſpum. *Bauh. pin. 104. prodr. 44. t. 43.*
Habitat *in foſſis ſuburbiorum* Viennenſium, Viden, Mazelsdorff, & Leopoldſtadt, *alibique præſertim circa* Leytæpontum, & Moosbrunn.
Hoſpitatur β. *ſub dio in hortis oleraceis.*

2. LEPIDIVM foliis lanceolatis amplexicaulibus dentatis. *Linn. Sp. pl. 645.*
Draba umbellata ſ. Draba major capitulis donata. *Bauh. pin. 109. Moris. hiſt. 2. p. 313. t. 21. f. 1.*
Draba I. vulgaris. *Cluſ. hiſt. 2. p. 124.*
Habitat *ubique in agrorum marginibus, & juxta vias publicas.*

THLASPI.

1. THLASPI ſiliculis orbiculatis, foliis oblongis dentatis glabris. *Fl. lapp. 251. Fl. Suec. 530.*
Thlaspi arvenſe, ſiliquis latis. *Bauh. pin. 105. Hall. Jen. Rupp. 86.*
Thlaspi cum ſiliquis latis. *Bauh. hiſt. 2. p. 923.*
Thlaspi latius. *Dodon. pempt. 712.*
Habitat *in arvis, & agris paſſim, præſertim inter* Hernals, & Dornbach, *ac ad viam regiam* Nusdorffenſem *ſitis.*

2. THLASPI ſiliculis ſubrotundis, foliis amplexicaulibus cordatis ſubſerratis. *Linn. Sp. pl. 646.*
Thlaspi arvenſe perfoliatum majus. *Bauh. pin. 106.*
Thlaspi oleraceum. *Tabern. icon. 462.*

β. Thlaspi

β. Thlaspi perfoliatum minus. *Bauh. pin. 106.*
Thlaspi 3. pumilum. *Cluſ. hiſt. 2. p. 131.*
Habitat *paſſim in arvis ſiccioribus, præſertim circa* Dornbach, *&* Salmersdorff, *alibique in vineis, & montibus.*

3. THLASPI ſiliculis ſubrotundis piloſis, foliis caulinis ſagittatis hirſutis. *Linn. Sp. pl. 646.*
Thlaspi capſulis hirſutis. *Bauh. hiſt. 2. p. 922.*
Thlaspi villoſum capſulis hirſutis, *Bauh. pin. 106. prodr. 212. t. 212.*
Habitat *in vineis & arvis præſertim circa* Döbling, *&* Grinzing.

4. THLASPI ſiliculis ſubrotundis, foliis ſagittatis dentatis incanis. *Fl. Suec. 531.*
Thlaspi arvenſe, vaccariæ incano folio majus. *Bauh. pin. 106.*
Thlaspi latifolium. *Fuchs. hiſt. 306.*
Thlaspi vulgatius. *Bauh. hiſt. 2. p. 261. Hall. Jen. Rupp. 85.*
Thlaspi alterum. *Dodon. pempt. 712.*
Habitat *in arvis horumque marginibus, præſertim circa* Heiligenſtadt, *&* Lerchenfeld.

5. THLASPI ſiliculis obcordatis, foliis radicalibus cuneiformibus integerrimis. *Linn. Sp. pl. 647.*
Thlaspi ſiliculis obverſe cordatis, foliis imis ſpathulatis; ſummis amplexicaulibus ſagittatis. *Sauv. monſp. 121.*
Thlaspi alpinum bellidis cæruleæ folio. *Bauh. pin. 106.*
Thlaspi montanum 2. *Cluſ. hiſt. 2. p. 131.*
Habitat *in monte civitati* Badenſi *imminente.*

6. THLASPI ſiculis obcordatis, foliis radicalibus pinnatifidis. *Fl. Suec. 532.*
Burſa paſtoris major folio ſinuato. *Bauh. pin. 108. Tournef. inſt. 216.*
Burſa paſtoria. *Bauh. hiſt. 2. p. 936. Fuchs. hiſt. 611. Dodon. pempt. 103.*
β. Burſa paſtoris media. *Bauh. pin. 103.*
Habitat *ubique in cultis, agris, pomariis, vineis, ruderatis, & viis. β. præſertim in mœniis* Viennenſibus.

COCHLEARIA.

1. COCHLEARIA foliis radicalibus ſubrotundis, caulinis oblongis ſubſinuatis. *Fl. lapp. 256. Fl. Suec. 537.*

Coch-

Cochlearia folio ſubrotundo. *Bauh. pin. 110.*
Cochlearia. *Dodon. pempt. 594.*
Hoſpitatur *paſſim in hortis oleraceis ſub dio.*

2. COCHLEARIA foliis radicalibus lanceolatis crenatis, caulinis inciſis. *Fl. Suec. 540.*
Cochlearia folio cubitali. *Tournef. inſt. 215.*
Armoracia Rivini. *Hall. Jen. Rupp. 87.*
Raphanus ſylveſtris ſ. armoracia multis. *Bauh. hiſt. 2. p. 851.*
Raphanus ruſticanus, craſſa radice, lapathi folio. *Lob. icon. 320.*
Raphanus ruſticanus. *Bauh. pin. 96.*
Raphanis magna. *Dodon. pempt. 678.*
Habitat *hinc inde in arvis* Minckendorffenſibus, *paſſim circa* Leytæpontum, *copioſè autem in foſſis arcis* Leytæpontanæ.

IBERIS.

1. IBERIS foliis lanceolatis acuminatis: inferioribus ſerratis; ſuperioribus integerrimis. *Hort. Upſ. 184.*
Thlaspi umbellatum creticum iberidis folio. *Bauh. pin. 106.*
Draba ſ. Arabis ſ. Thlaspi Candiæ. *Dodon. pempt. 713.*
Thlaspidium creticum Rivini. *Hall. Jen. Rupp. 271.*
Naſturtium creticum quibusdam, flore rubente & albo. *Bauh. hiſt. 2. p. 924.*
Habitat *in monte* Leopoldsberg *dicto monti* Cecio *ſeu* Kalenberg *aut* Gallenberg *vicino ad vinearum margines orientem reſpicientes.*
Hoſpitatur *autem ſub dio paſſim in hortis.*

2. IBERIS foliis lanceolatis acutis ſubdentatis, floribus racemoſis. *Hort. Upſ. 184.*
Thlaspi umbellatum arvenſe, iberidis folio. *Bauh. pin. 106.*
Thlaspi umbellatum arvenſe amarum. *Bauh. hiſt. 925. Boerhaav. lugdb. 2. p. 7.*
Thlaspidium foliis iberidis. Rivini. *Hall. Jen. Rupp. 271.*
Habitat *in agris inter* Weinhaus, *&* Hernals *ſitis.*

ALYSSVM.

1. ALYSSVM caule erecto, foliis lanceolatis incanis integerrimis, floribus corymboſis. *Fl. Suec. 528.*

Alyſ-

Alyſſon fruticoſum incanum. *Tournef. inſt. 217. Hall. Jen. Rupp. 84.*
Draba fruticoſa incana. *Dill. app. ad Giſſ. 17.*
Thlaspi fruticoſum incanum. *Bauh. pin. 108.*
Thlaspi capſulis ſublongis, incanum. *Bauh. hiſt. 2. p. 929.*
Habitat *paſſim in agrorum vinearumque marginibus circa* Leytæpontum *in area horti* S. P. de Schwarzenberg Viennæ, *in vallo ſuburbico* Viennenſi *inter portam* Hernalſenſem, *&* Lichtenthalenſem, *in muris circa arcem* Leytæpontanam, *alibique in ruderatis.*

CLYPEOLA.

CLYPEOLA ſiliculis bilocularibus tetraſpermis. *Linn. Sp. pl. 652.*
Thlaspi Alyſſum dictum campeſtre majus. *Bauh. pin. 107.*
Alyſſum minimum. *Cluſ. hiſt. 2. p. 133.*
Habitat *ubique in agrorum, vinearumque marginibus, muris, & ad vias; præſertim inter* Hernals, *&* Dornbach.

BISCUTELLA.

BISCUTELLA ſiliculis orbiculato-didymis a ſtilo divergentibus. *Hort. Upſ. 185.*
Thlaspidium monſpelienſe, hieracii folio hirſuto. *Tournef. inſt. 214. Boerhaav. lugdb. 2. p. 6.*
Thlaspi biſcutatum aſperum hieracifolium & majus. *Bauh. pin. 107.*
Thlaspi clypeatum. *Cluſ. hiſt. 2. p. 133.*
Thlaspi parvum, hieracifolium, ſive lunaria lutea, monſpelienſium, & leucojum luteum marinum, & biſcutella. *Lob. icon. 214.*
Leucojum alyſſoides, umbellatum, montanum. *Col. ecphr. 1. p. 285.*
Leucojum biſcutatum, aſperum, hieracifolium majus. *Moris. hiſt. 2. p. 249.*
Habitat *in montibus* Badenſibus, Medlingenſibusque *in petris, & ad viam vallis* Brühl, *nec non in monte* Leytaberg *dicto. Alibique.*

LUNARIA.

LUNARIA ſiliculis oblongis. *Linn. Sp. pl. 653.*

Lu-

Lunaria foliis cordatis. *Fl. Suec. 529.*
Lunaria major ſiliqua longiore. *Bauh. hiſt. 2. p. 882.*
Viola lunaria major ſiliqua oblonga. *Bauh. pin. 203.*
Viola latifolia, lunaria odorata. *Cluſ. hiſt. 1. p. 297.*
Viola lunaria II. *Tabern. icon. 314.*
Bulbonac radice rediviva, ſiliqua oblonga. *Hall. Jen. Rupp. 84.*
Habitat *in valle* Breinina, & *in ſylvis circa* Neoſtadium *ſe* Neopolim Auſtriæ *rarius.*

2. LVNARIA ſiliculis ſubrotundis. *Linn. Sp. pl. 653.*
Lunaria major ſiliqua rotundiore. *Bauh. hiſt. 2. p. 881.*
Viola lunaria major ſiliqua rotunda. *Bauh. pin. 203.*
Viola lunaris I. *Tabern. icon. 313.*
Viola latifolia. *Dodon. pempt. 161. Dalech. hiſt. 805.*
Bulbonac annuum, ſiliqua rotundiore, flore purpureo *Hall. Jen. Rupp. 83.*
Hoſpitatur *paſſim in hortis, præſertim* Murobacii & *in horto* Viennenſi Excellentiſſimi Comitis Ferdinandi ab Harrach, ab Excellentiſſimo Comite Friderico ab Harrach *omnium primo ex Italia allata. Sub dio, biennis.*

SILIQVOSA.

DENTARIA.

1. DENTARIA foliis ternis ternatis. *Linn. Sp. pl. 653.*
Dentaria foliis omnibus ternatis. *Roy. Lugdb. 340.*
Dentaria triphyllos. *Bauh. pin.* 322. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 121. *n.* 4
Ceratia plinii. *Col. ecphr. 1. p. 308. t. 307.*
Habitat *paſſim in umbroſis* Auſtriæ *ſylvis*, & *ad radices montium, præſertim ſupra* Grinzing *in ſylvæ principio ad foſſam profundam montem* Cecium *ſeu* Kalenberg *reſpicientem.*

2. DENTARIA foliis inferioribus pinnatis, ſummis ſimplicibus. *Fl. Suec. 565.*
Dentaria heptaphyllos baccifera. *Bauh. pin.* 322.
Dentaria heptaphyllo baccifera. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 121.
Habitat *cum priore ſupra* Grinzing, & *circa* Burckersdorff

CARDAMINE.

1. CARDAMINE foliis ſimplicibus ovatis integerrimis: petiolis longis. *Fl. lapp.* 206. *t.* 9. *f.* 2. *Fl. Suec.* 56

Naſtu

Nasturtium alpinum, bellidis folio, minus. *Bauh. pin.* *105.*

Plantula Cardamines æmula. *Clus. hist. 2. p. 129.*

Habitat *in* Etscher.

2. CARDAMINE foliis ternatis, caule subnudo. *Linn. Sp. pl.* *654.*

Cardamine foliis ternatis. *Fl. Suec. 563.*

Cardamine alpina trifolia. *Clus. hist. 2. p. 127.*

Nasturtium alpinum trifolium. *Bauh. pin. 104.*

Habitat *in udis montis* Schneeberg.

3. CARDAMINE foliis pinnatis, floribus apetalis. *Linn. Sp. pl. 655.*

Cardamine foliis pinnatis: pinnis laciniatis. *Fl. Suec. 561.*

Cardamine annua, exiguo flore. *Tournef. inst. 224,*

Sisymbrii Cardamines species quædam insipida. *Bauh. hist. 2. p. 886.*

Nasturtium minimum annuum, flore albo. *Moris. hist. 2. p. 221. s. 3. t. 4. f. 1.*

Habitat *in nemoribus insularum* Danubialium, *& præsertim in* Tabor.

4. CARDAMINE foliis pinnatis: foliolis radicalibus subrotundis; caulinis lanceolatis. *Linn. Sp. pl. 656.*

Cardamine foliis pinnatis: foliolis subrotundis integris. *Fl. Suec. 559.*

Cardamine pratensis magno flore purpurascente. *Tournef. inst. 224. Hall. Jen. Rupp. 79. Boerhaav. lugdb. 2. p. 16.*

Nasturtium pratense magno flore. *Bauh. pin. 104.*

Iberis Fuchsii, sive Nasturtium pratense sylvestre. *Bauh. hist. 2. p. 889.*

Flos cuculi. *Dodon. pempt. 592.*

Habitat *in prato uliginoso* Döblingensi, *in* Tabor, *& in insulis* Danubialibus Fischamentæ.

SISYMBRIVM.

1. SISYMBRIVM siliquis declinatis, foliis pinnatis: foliolis subcordatis. *Linn. Sp. pl. 657. Fl. Suec. 552.*

Sisymbrium aquaticum. *Tournef. inst. 226. Math. 487. Boerhaav. lugdb. 2. p. 15. Hall. Jen. Rupp. 80.*

Sisymbria Cardamine. *Fuchs. hist. 723.*

Nasturtium aquaticum supinum. *Bauh. pin. 104.*
Habitat *in locis irriguis circa* Burckersdorff, & *ad pedem alpis* Wexel. *Alibique.*

2. SISYMBRIVM siliquis declinatis, foliis pinnatis: foliolis lanceolatis serratis. *Linn. Sp. pl. 657.*
Sisymbrium palustre repens, Nasturtii folio. *Tournef. inst. 226. Hall. Jen. Rupp. 81. Boerhaav. lugdb. 2. p. 16.*
Eruca palustris Nasturtii folio, siliqua oblonga. *Bauh. pin. 98.*
Eruca sylvestris minor, lutea parvoque flore. *Bauh. pin. 98.*
Eruca quibusdam sylvestris repens, flosculo luteo. *Bauh. hist. 2. p. 866.*
Habitat *in* Tabor, *infra* Nusdorff, & *in arvorum confiniis humidis passim circa* Leytæpontum.

3. SISYMBRIVM petalis calyce minoribus, foliis decomposito-pinnatis. *Fl. Suec. 553.*
Sisymbrium corolla calyce minore foliis multifidis linearibus. *Fl. Lapp. 261.*
Sisymbrium annuum absinthii minoris folio. *Tournef. inst. 226.*
Accipitrina Rivini, & Loniceri. *Hall. Jen. Rupp. 81.*
Sophia chirurgorum. *Lob. icon. 738.*
Seriphium absinthium. *Fuchs. hist. 2.*
Seriphium Germanicum, sive Sophia quibusdam. *Bauh. hist. 2. p. 886.*
Nasturtium sylvestre tenuissime divisum. *Bauh. pin. 104.*
Habitat *in maceriis, muris, & ruderatis passim.*

4. SISYMBRIVM foliis pinnato-hastatis dentatis, siliquis erectis. *Linn. Sp. pl. 659.*
Erysimum foliis lyrato-pinnatis extimo hastato. *Fl. Suec. 556.*
Erysimum alterum siliquis erucæ. *Bauh. pin. 101. Hall. Jen. Rupp. 83.*
Erysimum latifolium majus glabrum. *Bauh. pin. 101.*
Erysimum II. *Tabern. icon. 448.*
Irio lævis apulus Erucæ folio. *Col. ecphr. 1. p. 264. t. 265.*
Habitat *ad hortum olim* S. P. Eugenii Viennæ, *inter* Dornbach *ac* Weidling, *ac passim in cultis circa* Leytæpontum.

5. SISYMBRIVM foliis lanceolatis dentato-serratis. *Hort. Upsf. 192.*

Dra-

Draba lutea siliquis strictissimis. *Bauh. pin. 110. Moris. hist. 2. p. 234. s. 3. t. 7. f. 1.*
Hesperis foliis ellipticis glabris circum serratis. *Hall. helv. 563.*
Arabis quibusdam dicta planta. *Cam. epit. 342.*
Habitat *in valle* Döblingensi.

ERYSIMVM.

Erysimvm siliquis spicæ adpressis. *Fl. Suec. 554.*
Erysimum vulgare. *Bauh. pin. 100.*
Iria sive Erysimum. *Dodon. pempt. 714. Lob. icon. 206.*
Verbena mas. *Fuchs. hist. 592.*
Habitat *passim in muris, tectis, & ruderatis.*

Erysimvm foliis lyratis extimo subrotundo. *Fl. Suec. 557.*
Sisymbrium erucæ folio glabro, flore luteo. *Tournef. inst. 226. Hall. Jen. Rupp. 80.*
Eruca lutea latifolia sive barbarea. *Bauh. pin. 98.*
Barbarea. *Dodon. pempt. 712. Bauh. hist. 2. p. 868.*
Barbarea fœmina. *Tabern. hist. 843.*
Habitat *in locis ubi per hyemem stagnarunt aquæ, præsertim ad viam* Nusdorffensem, *in* Brader, *& ad Scrobes, ac in agris humidioribus circa* Leytæpontum.

Erysimvm foliis cordatis. *Fl. Suec. 558.*
Hesperis allium redolens. *Tournef. inst. 222.*
Alliaria. *Fuchs. hist. 104. Bauh. pin. 110. Cam. epit. 589. Dodon. pempt. 686.*
Habitat *passim in sepibus, cultis, pomariis, & nemoribus, præsertim in valle* Döblingensi *inter* Dornbach, *&* Neustifft, *ac circa* Leytæpontum.

Erysimvm foliis integris lanceolatis. *Fl. Lapp. 263. Fl. Suec. 555.*
Turritis leucoji folio. *Tournef. inst. 224.*
Myagrum siliqua longa. *Bauh. pin. 109.*
Camelina, Myagrum alterum Thlaspi effigie. *Lob. icon. 225.*
Habitat *in arvis trans* Alsterbach, *&* Waringergassen Viennæ, *ac in monte* Leopoldsberg *dicto monti* Cecio, *seu* Kalenberg *vicino.*

CHEIRANTHVS.

Cheiranthvs foliis lanceolatis dentatis, caule recto, siliquis tetragonis. *Linn. Sp. pl. 661.*

Eryſimum foliis integris lanceolatis margine repando-dentatis. *Hort. Upſ. 192.*

Leucojum luteum ſylveſtre anguſtifolium. *Bauh. pin. 202.*

Leucojum ſylveſtre. *Clus. hiſt. 1. p. 299. Bauh. hiſt. 2. p. 873.*

Habitat *in montibus* Badenſibus, *in* Leytaberg, *ſupra vallum* Suburbicum Viennenſem *ad hortum olim* S. P. Eugenii, *& in horto olim* Favoritæ Videnſis, *alibique.*

2. CHEIRANTHVS foliis lanceolatis acutis glabris. *Hort. Upſ. 187.*

Leucojum luteum vulgare. *Bauh. pin. 202.*

Leucojum luteum. *Dodon. pempt. 160.*

β. Leucojum luteum, magno flore. *Bauh. pin. 202.*

γ. Leucojum luteum pleno flore majus, & minus. *Bauh. pin. 202.*

Habitat *copioſe in mœniis arcis* Trautmannsdorffenſis, *probabiliter ex ſeminibus a paſſeribus in his muris copioſe nidificantibus ad cibandos pullos hortulano furtim ablatis.*

Hoſpitatur *β. & γ. ubique in hortorum apricariis æſtate, hyeme in cellis, & frigidariis.*

3. CHEIRANTHVS foliis lanceolatis integerrimis obtuſis incanis, ſiliquis apice truncatis compreſſis, caule ſuffruticoſo. *Hort. Upſ. 187.*

Leucojum incano folio hortenſe. *Bauh. pin. 200.*

Viola alba, & purpurea. *Lob. icon. 329.*

Hoſpitatur *paſſim in hortis æſtate in apricariis, hyeme in cellis vel frigidariis.*

4. CHEIRANTHVS foliis lanceolatis ſubdentatis obtuſis incanis, ſiliquis cylindricis apice acutis, caule herbaceo. *Linn. Sp. pl. 662.*

Leucojum incanum minus. *Bauh. pin. 200.*

Hoſpitatur *nunc paſſim in hortis ſub dio, præſertim* Leytæponti, *apud* PP. Capucinos, *ſi per hyemem in cubiculo conſervatur, vel frigidario ſæpius biennis. Unde merito quærit* Linnæus Sp. pl. p. 662. *An forte ſola varietas antecedentis? caulis ſuffruticoſus ſubſequente anno evadit.*

5. CHEIRANTHVS ſiliquarum apicibus tridentatis. *Linn. Sp. pl. 663.*

Leucojum marinum. *Cam. hort. 87. t. 24. Moris. hiſt. 2. p. 242. ſ. 3. t. 8. f. 13.*

Hoſpitatur *hinc inde in hortis ſub dio, præſertim in hortulo* Domini de Spies Viennæ *intra Civitatem ad monaſterium monialium ad* St. Jacobum *ſito.* HE-

HESPERIS.

1. HESPERIS caule hiſpido ramoſo patente. *Hort. Upſ. 187.*
   Heſperis caule hiſpido procumbente. *Hort. Cliff. 335.*
   Heſperis montana pallida. *Bauh. pin. 202.*
   Heſperis colore ineleganti. *Bauh. hiſt. 2. p. 879.*
   Heſperis I. *Clus. hiſt. 1. p. 296.*
   Heſperis pannonica. *Cam. hort. t. 18.*
   Habitat *paſſim inter frutices circa* Leytæpontum, Fiſchamentam, & Hamburgum, *ſicut etiam in vallo ſuburbico* Vienneſi *retro hortum olim* S. P. Eugenii.
2. HESPERIS caule ſimplici erecto, foliis ovato-lanceolatis denticulatis, petalis mucrone emarginatis. *Hort. Cliff. 188.*
   Heſperis hortenſis. *Bauh. pin. 202.*
   Viola matronalis. *Dodon. pempt. 161.*
   Hoſpitatur *paſſim in hortis ſub dio* Viennæ, & Leytæponti, *hyeme tamen plerumque ſtramine tecta.*

ARABIS.

1. ARABIS foliis amplexicaulibus dentatis. *Hort. Cliff. 335. Linn. Sp. pl. 664.*
   Arabis caule ſimplici, foliis ovatis utrinque dendatis. *Fl. Lapp. 257.*
   Draba alba ſiliquoſa repens. *Bauh. pin. 109.*
   Draba 3. ſucculento folio. *Clus. hiſt. 2. p. 125.*
   Habitat *in alpe* Breinina, & Schneeberg.
2. ARABIS foliis petiolatis lanceolatis integerrimis. *Fl. Suec. 567.*
   Turritis foliis lanceolatis integris petiolatis, ad exortum ramorum ſolitariis. *Hort. Cliff. 339.*
   Turritis vulgaris ramoſa. *Tournef. inſt. 224. Hall. Jen. Rupp. 78.*
   Burſa paſtoris ſive Piloſella ſiliquoſa. *Bauh. hiſt. 2. p. 870.*
   Burſa paſtoris ſimilis ſiliquoſa major, ſeu majoribus foliis. *Bauh. pin. 108.*
   Habitat *in valle* Döblingenſi, *copioſius autem in montibus* Rodaunenſibus, & Latifontanis.

TVRRITIS.

1. TVRRITIS foliis omnibus hiſpidis, caulinis amplexicaulibus. *Fl. Suec. 545.*

Turritis hirſuta montana flore albo. *Hall. Jen. Rupp. 79.*
Turritis vulgaris minor. *Raj. Syn. 3. p. 294.*
Eryſimo ſimilis hirſuta non laciniata alba. *Bauh. pin. 101. prodr. 42. t. 42.*
Habitat *in paſcuis ſylvaticis circa* Dornbach, & Latifontum.

BRASSICA.

1. BRASSICA radice cauleque tenui, foliis caulinis uniformibus cordatis ſeſſilibus. *Fl. Suec. 546.*
α. Braſſica campeſtris perfoliata flore luteo. *Loes. pruſs. 29. Fl. Lapp. 265.*
β. Braſſica campeſtris, perfoliata, flore albo. *Bauh. pin. 112. Hall. Jen. Rupp. 75.*
Braſſica campeſtris I. *Clus. hiſt.* 2. *p. 127.*
Habitat α. *in inſula* Geimanniana *ad foſſam oppidum* Fiſchamentenſe *reſpicientem.* β. *in foſſa valli ſuburbici* Viennenſis ad Noſocomium ad St. Marcum, & *hinc inde in arvis.*
2. BBASSICA radice cauleſcente fuſiformi. *Fl. Suec. 547.*
Napus ſylveſtris. *Bauh. pin. 95.*
Napus. *Dodon. pempt. 674.*
β. Napus ſativa. *Bauh. pin. 95.*
Hoſpitatur *paſſim ſub dio in hortis oleraceis*, & *agris.*
3. BRASSICA radice cauleſcente orbiculari depreſſa carnoſa. *Hort. Upſ. 190.*
Rapa ſativa rotunda. *Bauh. pin. 89.*
Rapum. *Cam. epit. 218.*
Hoſpitatur *paſſim ſub dio in arvis.*
4. BRASSICA radice cauleſcente tereti carnoſa. *Hort. Upſ. 189.*
Braſſica maritima arborea ſ. procerior ramoſa. *Moris. hiſt. 2. p. 208. Raj. hiſt. 796.*
β. Braſſica alba, vel viridis. *Bauh. pin. 111.*
γ. Baſſica capitata rubra. *Bauh. pin. 111.*
δ. Braſſica capitata alba. *Bauh. pin. 111.*
ε. Braſſica laciniata rubra. *Bauh. hiſt. 2. p. 832.*
ζ. Braſſica cauliflora. *Bauh. pin. 111. Dodon. pempt. 624.*
Braſſica florida botrytis. *Lob. hiſt. 123.*
η. Braſſica radice napiformi. *Tournef. inſt. 219.*
Napo-Braſſica. *Bauh. pin. 111. prodr. 54.*
ϑ. Braſſica gongylodes. *Bauh. pin. 111,*
Braſſica Caulorapa. *Bauh. hiſt. 2. p. 829.*
Caulorapum. *Cam. epit. 251.*
Hoſpitatur *paſſim in hortis oleraceis ſub dio præſertim in* Erdbeerenſibus, & Simmeringenſibus.

5. BRAS-

5. BRASSICA foliis dentato-pinnatifidis, caule hiſpido ſiliquis lævibus. *Linn. Sp. pl. 667.*
Siſymbrium foliis pinnato-dentatis. *Hort. Cliff. 337.*
Eruca ſylveſtris major lutea, caule aſpero. *Bauh. pin. 98.*
Eruca ſylveſtris. *Dodon. pempt. 708.*
Eruca ſativa. *Fuchs. hiſt. 262.*
Habitat *in prato* murobacenſi *ad foſſam transverſam.*

SINAPIS.

1. SINAPIS ſiliquis multangulis toroſo-turgidis roſtro longioribus. *Fl. Suec. 548.*
Sinapi arvenſe præcox ſemine nigro. *Moris. hiſt. 2. p. 216.*
Eruca arvenſis vulgaris. *Hall. Jen. Rupp. 82.*
Rapiſtrum flore luteo, foliis inciſis, vel ſinuatis, *Bauh. pin. 95. hiſt. 2. p. 844.*
Rapiſtrum. *Dodon. pempt. 675.*
Rapiſtrum arvorum. *Lob. icon. 198.*
Habitat *in arvis transdanubianis* Hollebrunnenſibus, & *circa* Leytæpontum *in agris paſſim inter hordeum.*

2. SINAPIS ſiliquis hiſpidis: roſtro obliquo longiſſimo. *Linn. Sp. pl. 668.*
Sinapi ſiliqua hirſuta, ſemine albo, & rufo. *Bauh. hiſt. 2. p. 859. Hall. Jen. Rupp. 82.*
Sinapi apii folio. *Bauh. pin. 99.*
Sinapi ſativum alterum. *Dodon. pempt. 707.*
Hoſpitatur *circa* Civitatem Cremſenſem *in agris, hortisque oleraceis ſub dio.*

RAPHANVS.

1. RAPHANVS ſiliquis teretibus toroſis bilocularibus. *Hort. Upſ. 188.*
Raphanus minor oblongus. *Bauh. pin. 96.*
Raphanus major orbicularis ſ. rotundus. *Bauh. pin. 96.*
β. Raphanus niger. *Bauh. pin. 96.*
Hoſpitatur *ubique in hortis oleraceis.*

2. RAPHANVS ſiliquis teretibus articulatis lævibus unilocularibus. *Fl. Suec. 568.*
Raphaniſtrum ſiliqua articulata glabra majore, & minore. *Moris. hiſt. 2. p. 265. ſ. 3. t. 13. f. 12. Tournef. inſt. 230. Hall. Jen. Rupp. 72.*
Rapiſtrum flore albo, ſiliqua articulata. *Bauh. pin. 95.*

Rapiſtrum flore albo ſtriato, ſinapi agreſte album. *Bauh. hiſt. 2. p. 851.*

β. Raphaniſtrum ſegetum flore luteo vel pallido Tournefortii. *Hall. Jen. Rupp. 72.*

Rapiſtrum flore luteo, ſiliqua glabra articulata. *Raj. hiſt. 805.*

Habitat *in arvis extra vallum ſuburbicum* Viennenſem, & *hortum olim* S. P. Eugenii. *β. paſſim in arvis & mœniis* Viennenſibus *ſupra portam* Stubenſem.

ISATIS.

1. ISATIS foliis radicalibus crenatis; caulinis ſagittatis, ſiliculis oblongis. *Fl. Suec. 543.*

Iſatis. *Hort. Cliff. 241.*

Iſatis ſylveſtris ſ. anguſtifolia. *Bauh. pin. 113. Hall. Jen. Rupp. 63.*

Iſatis ſylveſtris. *Fuchs. hiſt. 330. Dodon. pempt. 79.*

Iſatis, ſive Glaſtum ſpontaneum. *Bauh. hiſt. 2. p. 909.*

Habitat *in agris inter ſegetes, præſertim in* Fiſchamentenſibus, & *in monte* Leopoldsberg *dicto monti* Cecio, *ſeu* Kalenberg *vicino.*

CLASSIS XVI.

MONADELPHIA

DECANDRIA.

GERANIUM.

1. GERANIUM calycibus monophyllis: tubis longiſſimis ſubſeſſilibus, radice ſubrotunda. *Linn. Sp. pl. 676.*

Geranium calycibus monophyllis: tubis longiſſimis ſeſſilibus, radice ſubrotunda, foliis pinnatifidis. *Roy. lugdb. 352.*

Geranium triſte Rivini. ſive indicum noctu olens. *Parkinſon Theatr. 709. Hall. Jen. Rupp. 288. Cornut. Canad. 109. t. 110.*

Hoſpitatur *cum ſequentibus paſſim in hortis magnatum, & curio-*

riosorum æstate in apricariis, hyeme in frigidariis, præsertim in horto S. P. de Schwarzenberg, Excellentissimi Comitis Ferdinandi ab Harrach, Excellentissimi Comitis ab Althan, *nec non in horto* Domini Maximiliani celebris Mercatoris *in platea* Alstergassen Viennæ.

2. GERANIUM calycibus monophyllis, foliis orbiculato reniformibus tomentosis crenatis integriusculis. *Hort. Upſ. 195.*
   Geranium africanum arborescens, malvæ folio pingui, flore coccineo. *Dill. elth. 151. t. 125 f. 151. 152.*
   Geranium africanum arborescens, malvæ folio plano lucido, flore elegantissimo Kermesino. *Mart. Cent. 3. f. 3.*

Hospitatur *cum antecedente.*

3. GERANIUM calycibus monophyllis, foliis lobatis undatis villosis. *Hort. Upſ. 196.*
   Geranium calycibus monophyllis, floribus capitatis, foliis cordatis lobatis crenatis pilosis. *Hort. Cliff. 345. Roy. lugdb. 353.*
   Geranium africanum frutescens, malvæ folio laciniato, odorato. *Herm. lugdb. 277. t. 278.*
   Geranium americanum arborescens, vitis folio, odore melissæ. *Dill. elth. 152. t. 126. f. 153.*

Hospitatur *cum antecedentibus.*

4. GERANIUM calycibus monophyllis, corollis papilionaceis, vexillo dipetalo, foliis bipinnatis. *Linn. Sp. pl. 677.*
   Geranium africanum coriandri folio, floribus incarnatis majus. *Herm. lugdb. 279. t. 178.*

Hospitatur *cum antecedentibus.*

5. GERANIUM calycibus monophyllis, foliis orbiculatis, palmatis incisis pilosis, caule herbaceo. *Hort. Upſ. 197.*
   Geranium calycibus monophyllis longissimis sessilibus, fructu assurgente, foliis palmatis crenatis. *Hort. Cliff. 345.*
   Geranium africanum alchimillæ hirsuto folio, floribus albidis. *Herm. lugdb. 282. t. 283.*

Hospitatur *cum antecedentibus.*

6. GERANIUM calycibus monophyllis, pedunculis multifloris, foliis cordatis subrotundis lobatis crenatis. *Linn. Sp. pl. 679.*

Geranium pedunculis bifloris, foliis cordatis incisis glabris, caulibus filiformibus procumbentibus. *Roy. lugdb. 351.*
Geranium africanum uvæ crispæ folio, calycibus procumbentibus, floribus exiguis rubellis. *Herm. lugdb. 287. t. 289.*
Hospitatur *cum antecedentibus, & præsertim olim in horto* Favoritæ Vidensis.

7. GERANIVM pedunculis multifloris, calycibus pentaphyllis, floribus pentandris, foliis pinnatis incisis obtusis. *Fl. Suec. 579.*
α. Geranium cicutæ folio inodorum. *Boerhaav. lugdb. 1. p. 266.*
Geranium moschatum inodorum *Hort. Eyst. Vern. Ord. 1. p. 8. f. 1.*
Geranium supinum. *Dodon. pempt. 63.*
β. Geranium cicutæ folio minus & supinum. *Bauh. pin. 319.*
Geranium septimum sive Geranium gruinum. *Dodon. pempt. 64.*
Geranium folio ad Myrrhidem accedente minus. *Bauh. hist. 3. p. 479.*
Geranium arvense. *Tabern. icon. 57.*
γ. Geranium cicutæ folio moschatum. *Bauh. pin. 319.*
Habitat *α in agrorum marginibus, & maceriis præsertim circa* Leytæpontum; *ad portam valli suburbici* Viennensis Hernalsensem; *& in valle* Döblingensi. *β. ubique in arvis & agrorum marginibus.*
Hospitatur *γ. in hortis curiosorum hinc inde.*

8. GERANIVM pedunculis bifloris foliisque alternis, calycibus subaristatis, caule erecto. *Linn. sp. pl. 681.*
Geranium pedunculis bifloris alternatim cauli integro superne nudiusculo insidentibus. *Hort. Ups. 198.*
Geranium montanum fuscum. *Bauh. pin. 318.*
Geranium montanum. *Dodon. pempt. 64.*
Geranium phœum flore reflexo. *Bauh. hist. 3. p. 477.*
Gruinalis petalis fuscis reflexis. *Hall. Jen. Rupp. 130.*
β. Geranium batrachoides hirsutum, flore atrorubente. *Bauh. pin. 318.*
Geranium I. pullo flore. *Clus. hist. 2. p. 99.*
Geranium phœum sive fuscum petalis rectis, seu planis. *Moris. hist. 2. p. 515.*

Grui-

Gruinalis montana petalis nigrofuscis & obscuris planioribus. *Hall. Jen. Rupp. 130.*

Habitat *in sylva inter* Novem Ecclesias, *&* Durrenstein. *β. cum priore & passim in alpibus ubi sylvæ desinunt.*

. GERANIUM pedunculis bifloris foliis peltatis inciso-serratis, caule erecto. *Fl Lapp. 266. Fl. Suec. 572.*

Geranium batrachoides, folio aconiti. *Bauh. pin. 317.*

Geranium 2. batrachoides minus. *Clus. hist. 2. p. 99.*

Gruinalis pratensis foliis Ranunculi, Aconitive. *Hall. Jen. Rupp. 129.*

Habitat *in* Schneeberg, *valleque ante* Buchbergam.

0. GERANIUM pedunculis bifloris, foliis peltatis multipartitis rugosis pinnato-laciniatis acutis. *Linn. Sp. pl. 681. Fl. Suec. 573.*

Geranium batrachoides, gratia Dei germanorum. *Bauh. pin. 318.*

Geranium 3. batrachoides majus. *Clus. hist. 2. p. 100.*

Habitat *in pratis* Corneuburgensibus, Ladendorffensibus, *& vallis* Breininæ.

1. GERANIUM pedunculis bifloris, calycibus pilosis decem angulatis. *Linn. Sp. pl. 681.*

Geranium pedunculis bifloris, foliis quinque trive partitis, lobis pinnatifidis. *Hort. Cliff. 244. Fl. Suec. 578.*

Geranium robertianum primum. *Bauh. pin. 319.*

Geranium robertianum. *Dodon. pempt. 62. Lob. icon. 657.*

Geranium robertianum murale. *Bauh. hist. 3. p. 480.*

Geranium III. *Fuchs. hist. 206.*

Geranium V. *Cam. epit. 603.*

Habitat *inter saxa in valle* Döblingensi, *ad rivum in fine pagi* Dornbacensis, *circa* Murobacium, *&* Salmersdorff *alibique passim in opacis & ad muros.*

2. GERANIUM pedunculis bifloris, calycibus pyramidatis angulatis rugosis, foliis quinquelobis rotundatis. *Fl. Suec. 574.*

Geranium lucidum saxatile. *Bauh. pin. 318.*

Geranium lucidum. *Bauh. hist. 3. p. 481.*

Geranium saxatile. *Raj. hist. 1060.*

Geranium rotundifolium saxatile montanum. *Col. ecphr. 1. p. 138. t. 137.*

Habitat *in fine vallis* Breininæ *in rupibus umbrosis.*

3. GERANIUM pedunculis bifloris foliisque rameis alternis, caule ramoso diffuso, calycibus muticis. *Linn. Sp. pl. 682.*

Ge-

Geranium pedunculis bifloris, foliis sparsis reniformibus semiquinquefidis mollibus & latissimis. *Hall. helv. 366.*

Geranium columbinum villosum petalis bifidis purpureis. *Vaill. paris. t. 15. f. 3. p. 79.*

Gruinalis folio malvæ rotundo, flore majore. *Hall. Jen. Rupp. 131.*

Habitat *ad domos in pagis, & in plateis, præsertim ad domos* Burckersdorffii *ubi exitur ad torrentem* Viennensem.

14. GERANIVM pedunculis bifloris, foliis quinquepartito multifidis angulatis: laciniis acutis, capsulis glabris, calycibus aristatis. *Fl. Suec. 576.*

Geranium columbinum foliis dissectis, pediculis florum longissimis. *Raj. hist. 1059. Vaill. paris. 79. t. 15. f. 4.*

Geranium foliis ad nervum quinquefidis, pediculo longissimo, caule prostrato. *Hall. helv. 367.*

Gruinalis arvensis foliis malvæ profunde sectis, floribus longis pediculis insidentibus. *Hall. Jen. Rupp. 131.*

Habitat Burckersdorffii *trans rivum ad pedem primi montis ex quo primus rivulus effluit cum* Hormino luteo glutinoso Bauhini.

15. GERANIVM pedunculis bifloris, petalis integris longitudine calycis, caule prostrato, foliis reniformibus incisis. *Linn. Sp. pl. 683.*

Geranium pedunculis bifloris, foliis subrotundis multifidis, caule procumbente. *Fl. Suec. 575.*

Geranium folio malvæ rotundo. *Bauh. pin. 318.*

Geranium alterum. *Fuchs. hist. 205.*

Geranium columbinum majus, flore minore cæruleo. *Vaill. Paris. 79. t. 15. f. 1.*

Gruinalis folio malvæ rotundo. *Hall. Jen. Rupp. 131.*

Pes columbinus. *Dodon. pempt. 61.*

Habitat *passim in cultis.*

16. GERANIVM pedunculis unifloris, foliis quinque partitis trifidis orbiculatis. *Linn. Sp. pl. 683.*

Geranium pedunculis simplicibus unifloris. *Fl. Suec. 571.*

Geranium sanguineum, maximo flore. *Bauh. pin. 318.*

Genanium VII. hæmatodes. *Clus. hist. 2. p. 102.*

Habitat *supra* Lapidicinam Dornbacensem *alibique in pratis siccis umbrosis.*

PO-

POLYANDRIA.

SIDA.

SIDA foliis ſubrotundo-cordatis-acuminatis crenatis. *Hort. Upſ. 198.*
Althæa Theophraſti, flore luteo. *Bauh. pin. 316.*
Althæa altera ſ. Abutilon. *Cam. epit. 668.*
Abutilon. *Dodon. pempt. 656. Dalech. hiſt. 592.*
Hoſpitatur *hinc inde in hortis ſub dio præſertim* Leytæponti, *in horto* Excellentiſſimi Comitis Erneſti ab Harrach.

ALTHÆA.

ALTHÆA foliis ſimplicibus tomentoſis. *Hort. Upſ. 204.*
Althæa dioſcoridis, & plinii. *Bauh. pin. 315.*
Althæa. *Fuchs. hiſt. 15. Cam. epit. 667.*
Althæa ibiſcus. *Dodon. pempt. 655.*
Malva paluſtris mollis & incana. P. Herman. *Hall. Jen. Rupp. 15.*
Habitat *ad viam regiam* Draskirchenſem, Wolkersdorffenſem *&* Poſonienſem, *in pratorum, agrorumque & vinearum marginibus, inter fruticesque circa* Leytæpontum, *&* Prell-kirchen *paſſim.*
ALTHÆA foliis inferioribus palmatis, ſuperioribus digni-tatis, caule fruticoſo. *Hort. Upſ. 205.*
Althæa foliis compoſitis ſcabris. *Hort. Cliff. 349.*
Alcea cannabina. *Bauh. pin. 316.*
Alcea fruticoſa, cannabino folio. *Clus. hiſt. 2. p. 25.*
Habitat *hinc inde ad ſepes, præſertim in marginibus vinearum* Adelsbergenſium, Leytæponti *ſubinde, minus tamen frequens.*

ALCEA.

ALCEA foliis ſinuato anguloſis. *Hort. Cliff. 348. Hort. Upſ. 204.*
Malva roſea folio ſubrotundo. *Bauh. pin. 315. Boerhaav. lugdb. 1. p. 269.*
Malva hortenſis. *Dodon. pempt. 652.*
Hoſpitatur *paſſim in hortis ſub dio flore diverſi coloris.*

MALVA.

MALVA caule repente, foliis cordato-orbiculatis obſo-lete quinquelobis. *Fl. Suec. 58.*

Mal-

Malva ſylveſtris folio ſubrotundo. *Bauh. pin. 314.*
Malva ſylveſtris pumila. *Fuchs. hiſt. 508. Dodon. pempt. 653.*
Habitat *ubique in ruderatis, plateis, & juxta vias, præſertim* Leytæponti.

Orchis radicibus fubrotundis, bracteis flore brevioribus, nectarii labio trifido, feta longiffima. *Hort. Cliff. 429.*
α. Orchis purpurea, fpica congefta pyramidali. *Raj. angl. 3. p. 377. t. 48.*
Cynoforchis militaris montana, fpica rubente conglomerata. *Bauh. pin. 81. prodr. 28.*
β. Orchis latifolia hiante cucullo altera. *Bauh. pin. 81.*
γ. Cynoforchis latifolia fpica compacta. *Bauh. pin. 81.*
Cynoforchis tertius. *Dodon. pempt. 235.*
Habitat *α. in montanis cretaceis circa* Latifontum *aft rarius, β. in pratis* Mannersdorffenfibus, & Sumerainenfibus. *γ. paffim in pratis* Leytæpontanis.

3. ORCHIS bulbis indivifis nectarii labio quadrifido crenulato: cornu obtufo. *Linn. Sp. pl. 94. Fl. Suec. 724.*
Orchis radicibus fubrotundis nectarii labio quadrifido, æquali crenulato: cornu obtufo. *Roy. lugdb. 15.*
Orchis morio fœmina. *Bauh. pin. 82. Vaill. paris. t. 31. f. 13. 14.*
Triorchis ferapias mas. *Fuchs. hift. 559.*
β. Orchis anguftifolia. *Bauh. pin. 83. Vaill. paris. t. 31. f. 33. 34.*
Habitat *circa* Dornbach, Murobacium, *alibique.*

4. ORCHIS bulbis indivifis nectarii labio quadrifido punctis fcabro: cornu obtufo, petalis diftinctis. *Linn. Sp. pl. 941.*
Orchis militaris pratenfis humilior. *Tournefort. Vaill. paris. 149. t. 31. f. 35. 36.*
Orchis pannonica IV. *Cluf. hift. 1. p. 268.*
Gynoforchis militaris pratenfis humilior. *Bauh. pin. 81.*
Habitat *inter montes* Rodaunenfes, Medlingenfes, & Badenfes.

5. ORCHIS bulbis indivifis, nectarii labio quinquefido punctis fcabro: cornu obtufo, petalis confluentibus. *Linn. Sp. pl. 94.* Conniventibus. *Fl. Suec. 725.*
Orchis galea, & alis cinereis. *Bauh. hift. 2. p. 755.*
Orchis mas latifolia. *Fuchs. hift. 554.*
Cynoforchis latifolia, hiante cucullo major. *Bauh. pin. 80.*

β. Or-

β. Orchis militaris major. *Tournef. inst. 438. t. 247. Vaill. paris. 148. t. 31. f. 21. 27. 28.*
Cynosorchis militaris major. *Bauh. pin. 81.*
Habitat *in pratis circa* Dornbach, Murobacium, *&* Leytæpontum.

. ORCHIS bulbis subpalmatis rectis, nectarii cornu conico: labio trilobo lateribus reflexo, bracteis flore longioribus. *Linn. Sp. pl. 941.*
Orchis radicibus palmatis bracteis flore longioribus, nectarii labio trifido, cornu germinibus breviore. *Hort. Cliff. 429.*
Orchis palmata pratensis latifolia. *Bauh. pin. 86.*
β. Orchis palmata palustris latifolia. *Bauh. pin. 86.*
Habitat *passim in pratis præsertim circa* Dornbach, *β. in prato* Fischamentensi.

SATYRIUM.

. SATYRIUM bulbis palmatis, foliis linearibus, nectarii labio resupinato trilobo: intermedia majore. *Linn. Sp. pl. 944. Fl. Suec. 731.*
Satyrium foliis linearibus. *Roy. prodr. 14.*
Orchis palmata angustifolia alpina, nigro flore. *Bauh. pin. 86.*
Palma Christi minor. *Cam. epit. 627.*
Palmata angustifolia, flore supinato, calcare brevissimo. *Hall. helv. 47.*
Habitat *in* Schneeberg.

OPHRIS.

. OPHRIS bulbo fibroso, caule bifolio, foliis ovatis, nectarii labio bifido. *Linn. Sp. pl. 946.*
Ophris foliis ovatis. *Fl. Suec. 738.*
Ophris bifolia. *Bauh. pin. 87.*
Ophris. *Fuchs. hist. 565.*
Habitat *in vallis* Breininæ *pratis subhumidis.*

OPHRIS bulbis subrotundis, caule folioso, nectarii labio subquinquelobo. *Linn. Sp. pl. 948.*
Cypripedium bulbis subrotundis, foliis oblongis caulinis. *Fl. Suec. 737.*
α. Orchis araneam referens. *Bauh. pin. 92. Tournef. inst. 434. t. 247. f. c. Vaill. paris. t. 30. f. 10. 11. 12. 13.*

Orchis adrachnitis. *Lob. icon. 135.*
β. Orchis fucum referens colore rubiginoſo. *Bauh. pin. 83. Vaill. paris. 146. t. 31. f. 15. 16.*
Orchis fucum referens flore ſubvirente. *Bauh. pin. 83.*
Orchis ſerapias ſecundus minor. *Dodon. pempt. 238.*
Habitat *α. circa* Baden, *&* Burckersdorff, *β. ſat copioſe in monte ſupra* Lapidicinam Dornbacenſem.

SERAPIAS.

1. SERAPIAS bulbis fibroſis, nectarii labio obtuſo crenato petalis breviore. *Linn. Sp. pl. 949.*
α. Serapias caule multifolio multifloro. *Hort. Cliff. 429.*
Helleborine latifolia montana. *Bauh. pin. 186.*
Helleborine. *Dodon. pempt. 384.*
Elleborine recentiorum 2. *Clus. hiſt. 1. p. 272.*
Epipactis ſeu Helleborine. *Cam. epit. 889.*
β. Helleborine montana anguſtifolia purpuraſcens. *Bauh. pin. 187.*
Elleborine recentiorum 6. *Cluſ. hiſt. 1. p. 273.*
Habitat *α. inter* Salmersdorff *&* Weidling, *β. circa* Grinzing, *&* Medling, *alibique.*

CYPRIPEDIUM.

1. CYPRIPEDIUM radicibus fibroſis, foliis ovato-lanceolatis caulinis. *Linn. Sp. pl. 951.*
Cypripedium foliis ovato lanceolatis. *Fl. Lapp. 318.*
Calceolus Rivini. *Hall. Jen. Rupp. 293.*
Calceolus marianus. *Dodon. pempt. 180. f. 1. 2.*
Helleborine flore rotundo ſ. Calceolus. *Bauh. pin. 187.*
Elleborine recentiorum 1. *Cluſ. hiſt. 1. p. 272.*
Habitat *in* Leytaberg, *& ad* Clauſtro-Neoburgum.

PENTANDRIA.

PASSIFLORA.

1. PASSIFLORA foliis trilobis cordatis æqualibus obtuſis glabris integerrimis. *Linn. Sp. pl. 958.*
Paſſiflora foliis cordatis trilobis integerrimis glabris: lateribus angulatis. *Hort. Cliff. 431.*
Paſſiflora foliis trilobis integerrimis: laciniis ſemiovatis acutis integerrimis glabris. *Gron. Virg. 112.*

Cle-

Clematis passionalis triphyllos, flore luteo. *Moris. hist. 1. p. 7. s. 1. t. 2.*
Flos passionis minor, folio in tres lacinias non serratas minus profundas diviso. *Sloan. jam. 104. hist. 1. p. 231.*
Hospitatur *hinc inde in hortis* Viennæ *æstate in apricariis, hyeme in frigidariis.*
PASSIFLORA foliis trilobis serratis. *Linn. Sp. pl. 959.*
Passiflora foliis semitrifidis serratis: basi duabus glandulis convexis: lobis ovatis. *Hort. Cliff. 432. Roy. lugdb. 260. Gron. Virg. 112.*
Granadilla hispanis, Flos passionis italis. *Herm. met. 888. t. 888. Raj. hist. 649.*
Clematis trifolia, flore roseo clavato. *Bauh. pin. 301.*
Clematis trifolia, s. Flos passionis flore viridi. *Moris. hist. 2. p. 6. s. 1. t. 1. f. 9.*
Hospitatur *hinc inde cum præcedente.*
PASSIFLORA foliis palmatis integerrimis. *Linn. Sp. pl. 959.*
Granadilla pentaphyllos flore cæruleo magno. *Boerhaav. lugdb. 2. p. 81.*
Clematis quinquefolia americana, seu Flos passionis. *Rob. ic.*
Flos passionis major pentaphyllus. *Sloan. jam. 104. hist. 1. p. 229. Raj. supp. 339.*
Hospitatur *cum præcedentibus, frequentius.*

HEXANDRIA.

ARISTOLOGIA.

ARISTOLOGIA foliis cordatis, caule erecto, floribus axillaribus confertis. *Linn. Sp. pl. 962. Hort. Upſ. 279.*
Aristolochia caule erecto simplicissimo, foliis cordatis petiolatis, floribus lateralibus confertis. *Hort. Cliff. 432. Sauv. monsp. 111.*
Aristolochia multiflora Rivini. *Hall. Jen. Rupp. 249.*
Aristolochia Clematis recta. *Bauh. pin. 307.*
Aristolochia Clematis vulgaris. *Clus. hist. 2. p. 71.*
Aristolochia Saracenica. *Dodon. pempt. 326.*
Habitat *in nemoribus insularum* Danubialium *passim, præsertim in* Fischamentensibus.

POLYANDRIA.

ARUM.

1. ARUM foliis pedatis, foliolis lanceolatis integerrimis æquan tibus ſpatham ſpadice longiorem. *Roy. lugdb.* 7 *Linn. Sp. pl. 964.*
   Arum foliis palmatis: foliolis undecim lanceolatis in tegerrimis: intermediis majoribus, ſpadice clava to. *Hort. Cliff. 344.*
   Dracunculus polyphyllus. *Bauh. pin. 195. Moris. hiſt.* 3 *p. 548. s. 13. t. 5. f. 46.*
   Dracontium. *Dodon. pempt. 329.*
   Hoſpitatur *in hortis* Viennæ, *præſertim in horto* Ser. P. d Schwarzenburg *æſtate in apricario, hyeme in frigidario, ve caldario.*
2. ARUM acaule, foliis peltatis ovatis repandis: baſi ſemi bifidis. *Linn. Sp. pl. 965.*
   Arum maximum ægyptium quod vulgo Colocaſia *Bauh. pin. 195.*
   Arum ægyptiacum. *Col. ecphr. 2. p. 1. t. 1.*
   Colocaſia. *Cluſ. hiſt. 2. p. 75.*
   Hoſpitatur *in plerisque hortis nobilium, præſertim* Leytæpon ti *in horto* Excellentiſſimi Comitis Erneſti ab Harrach *æſtate in apricario, hyeme in frigidario, vel Caldario.*
3. ARUM acaule, foliis haſtatis integerrimis, ſpadice clava to. *Linn. Sp. pl. 966.*
   Arum vulgare, non maculatum. *Bauh. pin. 195.*
   Arum. *Fuchs. hiſt. 69. Lobel. icon. 597.*
   Habitat *in ſylvis circa* Dornbach, Leytæpontum *paſſim, co pioſe vero in illis montanis* Baden *inter & vetus* Lembacl *in valle vulgo* Clam *dicta ſitis.*

CLASSIS XXI.

MONOECIA.

DIANDRIA.

LEMNA.

1. LEMNA foliis petiolatis lanceolatis. *Linn. Sp. pl. 970 Fl. Suec. 1000.*

Len

Lenticularia ramosa monorhiza, foliis oblongis pediculis longioribus donatis. *Mich. gen. 16. t. 11. f. 5.*
Lenticula aquatica trisulca. *Bauh. pin. 362.*
Hederula aquatica. *Lob. icon. 2. p. 36.*
Habitat *in stagno* danubiali *ad viam regiam* Nusdorffensem, *in fossa mœnia* Viennensia *circumdante, ac circa* Draskirchen.

2. LEMNA foliis sessilibus subtus utrinque planiusculis, radicibus solitariis. *Linn. Sp. pl. 970. Fl. Suec. 999.*
Lentibularia major monorhiza, foliis subrotundis utrinque viridibus. *Mich. gen. 16. t. 11. f. 3.*
Lens palustris. *Cam. epit. 852. Raj. ang. 3. p. 129. t. 4 f. 1.*
Lens palustris vulgaris. *Bauh. pin. 362.*
Habitat *in fossis vallum* Leytæpontanum *cingentibus.*

TRIANDRIA.

TYPHA.

. TYPHA foliis subensiformibus, spica mascula femineaque approximatis. *Linn. Sp. pl. 971.*
Typha palustris major. *Bauh. pin. 20. Moris. hist. 3. p. 246. s. 8. t. 13. f. 1.*
Habitat *in paludibus circa* Leytæpontum, *&* *in fossa civitatis* Thulnensis *extra monasterium monialium.*

. TYPHA foliis semicylindricis, spica mascula femineaque remotis. *Linn. Sp. pl. 971.*
Typha palustris media. *Moris. hist. 3. p. 246. s. 8. t. 13. f. 2.*
Habitat *in paludibus circa* Leytæpontum, *&* *in piscinis inter* Ladendorff, *&* Rusbach.

SPARGANIUM.

. SPARGANIUM foliis erectis triquetris. *Linn. Sp. pl. 971.*
Sparganium foliis adsurgentibus triquetris. *Fl. Suec. 770.*
Sparganium ramosum. *Bauh. pin. 15. Theatr. 228.*
Platanaria seu Butomon. *Dodon. pempt. 601.*
Habitat *in fossa Civitatis* Thulnensis *extra monasterium monialium.*

ZEA.

. ZEA. *Hort. Upsf. 281.*

Fru-

Frumentum indicum Mays dictum. *Bauh. pin. 5. Theatr. 490.*

Frumentum indicum. *Dodon. pempt. 509. Cam. epit. 186.*

Hospitatur *ubique in hortis oleraceis, & fossis mœnia cingentibus* Leytæponti *alibique.*

COIX.

1. COIX seminibus ovatis. *Linn. Sp. pl. 972.*

Lithospermum arundinaceum. *Bauh. pin. 258.*

Lachryma Jobi. *Clus. hist. 2. p. 216.*

Hospitatur *hinc inde, sub dio, in hortis curiosorum, præsertim* Fischamentæ *in horto Dni. Vicarii, &* Azkersdorffii *in horto Dni.* Parochi.

CAREX.

1. CAREX spica simplici dioica. *Linn. Sp. pl. 972. Fl. Suec. 746.*

Cyperoides parvum, caulibus & foliis tenuissimis, triangularibus, spica longiore (& subrotunda) capsulis oblongis. *Mich. gen. 56. t. 32. f. 1. 2.*

Gramen cyperoides minimum, spica simplici cassa. *Moris. hist. 3. p. 244. s. 8. f. ult. (mas) Scheuchz. gram. 497. t. 11.*

Gramen cyperoides minimum, ranunculi capitulo simplici asperiore rotundo. *Moris. hist. 3. p. 245. s. 8. t. 12. f. 36.*

Habitat *in pratis* Leytæpontanis, *præsertim in illo statim extra portam, quod canales aquam ad fontem in foro exstructum ducentes transcurrunt.*

2. CAREX spica composita, spiculis androgynis: inferioribus remotioribus, foliolo longiori instructis, culmo triquetro. *Linn. Sp. pl. 972.*

Carex maritima humilis, radice repente, caule triquetro, spica spadicea. *Mich. gen. 67. t. 33. f. 4.*

Gramen cyperoides spica simplici compressa disticha. *Scheuchz. gram. 498.*

Gramen cyprioides minus repens, spica divisa. *Loes. pruss. 116. t. 31.*

Habitat *in arenosis pratis* Latifontanis *ad lacum* Nischiterienſem *sitis, multo sale ab incolis* Ziek *dicto scatentibus.*

3. CA-

;. CAREX spica supradecomposita inferne laxiore: spiculis androgynis ovatis sessilibus glomeratis: superne masculis. *Linn. Sp. pl. 973.*
Carex palustris major, radice fibrosa, caule exquisite triangulari, spica brevi habitiore compacta. *Mich. gen. 69. t. 33. f. 13. 14.*
Gramen cyperoides palustre majus, spica compacta. *Bauh. pin. 6. Moris. hist. 3. p. 244. s. 8. t. 12. f. 14.*
Habitat *circa* Latifontum *in nemoribus paludosis.*

:. CAREX spicis masculis pluribus, femineis subsessilibus, capsulis obtusiusculis. *Linn. Sp. pl. 978.*
Carex spicis erectis oblongis sessilibus alternis foliolo florali brevioribus: superioribus masculis. *Hort. Cliff. 439. Raj. lugdb. 74.*
α. Carex nigra verna vulgaris. *Fl. Lapp. 330.*
Gramen cyperoides, foliis caryophyllæis vulgatissimum. *Raj. hist. 1292.*
β. Carex spicis masculis superioribus numerosis femineis inferioribus: intermedia unica androgyna. *Roy. lugd.*
Carex maxima spicis plurimis remotis longis. *Fl. Lapp. 329.*
Cyperoides foliis caryophyllæis, spicis habitioribus: squamis curtis. *Mich. gen. 62. t. 32. f. 12.*
Cyperoides latifolium spica ruffa s. caule triangulo. *Scheuchz. gram. 458.*
Gramen cyperoides spica ruffa, seu caule triangulo. *Bauh. pin. 6.*
Habitat *α. circa* Dornbach, *ad viam regiam* Nusdorffensem, *& præsertim circa Sacellum* S. Brigittæ *in* Tabor. *β. copiose ad viam regiam* Minckendorffensem, *in fossa, alibique in aquosis.*

TETRANDRIA.

BETULA.

1. BETULA foliis ovatis acuminatis serratis. *Linn. Sp. pl. 982.*
Betula foliis cordatis serratis. *Fl. Lapp. 341.*
Betula. *Bauh. pin. 427. Cam. epit. 69.*
Habitat *in nemoribus insularum* danubialium, *& in sylvis inter* Dornbach *&* Weidling *sitis, alibique passim.*

2. BE-

2. BETVLA pedunculis ramoſis. *Linn. Sp. pl. 983.*
Alnus. *Fl. Lapp. 340. Fl. Suec. 775.*
α. Alnus rotundifolia glutinoſa viridis. *Bauh. pin. 428.*
Alnus. *Cam. epit. 68. Lœſel. pruſſ. 10. t. 1.*
β. Alnus folio incano. *Bauh. pin. 428.*
Alnus incana, & hirſuta. *Bauh. hiſt. 1. p. 154.*
Habitat *α. & β. promiſcue in nemoribus* danubialibus, *præſertim* Fiſchamentæ.

BVXVS.

1. BVXVS. *Hort. Upſ. 283.*
α. Buxus arboreſcens. *Bauh. pin. 471.*
Buxus. *Dodon. pempt. 782.*
β. Buxus humilis. *Dodon. pempt. 782.*
Buxus foliis rotundioribus. *Bauh. pin. 471.*
Hoſpitatur *α. ſub dio in hortis* Viennenſibus *præſertim in horto Dni.* Gansl *ad eccleſiam Sti.* Caroli *ſito. β. paſſim in hortis, ſub dio, areolas cingens præſertim* Leytæponti *in horto* Excellentiſſimi Comitis Erneſti ab Harrach.

VRTICA.

1. VRTICA foliis oppoſitis, amentis fructiferis globoſis. *Linn. Sp. pl. 983.*
Urtica urens pilulas ferens. *Bauh. pin. 232.*
Urtica I. Dioſcoridis ſemine lini. *Dodon. mem. 4. p. 323.*
Urtica romana. *Lob. icon. 522.*
Hoſpitatur *in hortis curioſorum ſub dio.*
2. VRTICA foliis oppoſitis ovalibus. *Linn. Sp. pl. 984.*
Urtica androgyna foliis ovalibus. *Fl. Suec. 773.*
Urtica foliis ovatis, amentis cylindraceis androgynis. *Fl. Lapp. 375. Hall. helv. 178.*
Urtica urens minor. *Bauh. pin. 232.*
Urtica urens minima. *Dodon. pempt. 152.*
Habitat *ubique fere in cultis.*
3. VRTICA foliis oppoſitis cordatis, racemis geminis. *Linn. Sp. pl. 984.*
Urtica dioica, foliis oblongo cordatis. *Fl. Suec. 774. Hall. helv. 177.*
Urtica foliis cordatis, amentis cylindraceis, ſexu diſtincta. *Fl. Lapp. 374.*

U

Urtica urens maxima. *Bauh. pin. 232.*
Urtica urens altera. *Dodon. pempt. 151.*
Habitat *ubique in ruderatis.*

MORUS.

1. MORUS foliis oblique cordatis lævibus. *Hort. Upſ. 283.*
Morus fructu albo. *Bauh. pin. 459.*
Morus candida. *Dodon. pempt. 810.*
Hoſpitatur, *ſub dio, in hortis plerisque, & nunc etiam in campis.*

2. Morus foliis cordatis ſcabris. *Linn. Sp. pl. 986.*
Morus foliis cordatis hiſpidis. *Hort. Upſ. 283.*
Morus fructu nigro. *Bauh. pin. 459.*
Morus. *Dodon. pempt. 810.*
Hoſpitatur *paſſim in hortis, ſub dio.*

PENTANDRIA.

XANTHIUM.

1. XANTHIUM caule inermi. *Linn. Sp. pl. 987. Fl. Suec. 778.*
Xanthium. *Fuchs. hiſt. 579. Dodon. pempt. 39.*
Lappa minor ſ. Xanthium dioſcoridis. *Bauh. pin. 198.*
Habitat *ad* danubium *in ſuburbio* Viennenſi Leopoldino, *in* Tabor *parte orientali, &* Leytæponti *in Scrobibus, ubi exaruerunt, ſtatim trans pontem lapideum ſecundum.*

AMARANTHUS.

1. AMARANTHUS capitellis triandris ſubrotundis amplexicaulibus, foliis lanceolatis acuminatis. *Linn. Sp. pl. 989.*
Amaranthus capitulis ſubrotundis lateralibus, foliis lanceolatis acuminatis. *Hort. Upſ. 286. Roy. lugdb. 419.*
Amaranthus folio variegato. *Bauh. pin. 121.*
Amaranthus tricolor. *Lob. icon. 252.*
Hoſpitatur *in hortis ſub dio præſertim* Leytæponti *in horto* Excellentiſſimi Comitis Erneſti ab Harrach.

AMARANTHUS capitellis triandris ſubrotundis ſeſſilibus, foliis lanceolatis ſparſis. *Linn. Sp. pl. 989.*
AMARANTHUS folio variegato C. B. colore obſcuriori, ſ. mas. *Tournef. inſt. 236.*

Amaranthus verticillatus melancholicus, macula nigra in medio foliorum infectus. *Pluk alm. 27.*

Hospitatur *in hortis sub dio cum priore.*

3. AMARANTHVS floribus glomeratis lateralibus, foliis ovatis retusis, caule diffuso. *Linn. Sp. pl. 990.*

Amaranthus foliis ovatis emarginatis. *Fl. Suec. 779.*

Blitum album minus. *Bauh. pin. 118. Cam. epit. 236.*

Habitat *hinc inde inter olera, & in hortorum areolis præsertim* Leytæponti.

4. AMARANTHVS racemis pentandris cylindricis longissimis. *Linn. Sp. pl. 990. Hort. Ups. 285.*

Amaranthus maximus. *Bauh. pin. 120.*

Blitum majus peruvianum. *Clus. hist. 2. p 81.*

Hospitatur *hinc inde in hortis sub dio.*

POLYANDRIA.

CERATOPHYLLVM.

1. CERATOPHYLLVM. *Linn. Sp. pl. 992. Fl. Suec. 783.*

Hydroceratophyllum folio aspero quatuor cornibus armato. *Vaill. act. 1719. p. 21. t. 2. f. 2.*

Equisetum sub aqua repens, foliis bifurcis. *Læsel. pruss. 67. t. 12.*

Habitat *in fossis* Neapolis Austriæ, *Civitatis* Thulnensis, *&* Viennæ *ad portam novam.*

MYRIOPHYLLVM.

1. MYRIOPHYLLVM floribus omnibus verticillatis. *Linn. Sp. pl. 992. Fl. Suec. 782.*

Myriophyllum aquaticum minus. *Clus. hist. 2. p. 252.*

Millefolium aquaticum flosculis ad foliorum nodos. *Bauh. pin. 141.*

Habitat Leytæponti *ad rivulum Steinbachl in inundatis alibique circa molas.*

SAGITTARIA.

1. SAGITTARIA foliis sagittatis acutis. *Linn. Sp. pl. 344. Fl. Suec. 780.*

Sagitta minor. *Dodon. pempt. 588.*

Sa

Sagitta aquatica minor latifolia. *Bauh. pin. 194.*
Habitat *in ſtagno* danubiali *ad viam regiam* Nusdorffenſem *ſito, & circa* Ebersdorff.

POTERIVM.

1. Poterivm inerme, caulibus ſubanguloſis. *Linn. Sp. pl. 994.*
Poterium inerme filamentis longiſſimis. *Roy. lugdb. 129.*
Pimpinella ſanguiſorba minor hirſuta. *Bauh. pin. 160.*
Pimpinella ſanguiſorba. *Cam. epit. 777.*
Habitat *copioſe in vallo ſuburbico* Viennenſi *inter portam* Hernalſenſem, & Waringenſem, *alibique in aſperis paſſim.*

QVERCVS.

1. Qvercvs foliis deciduis oblongis ſuperne latioribus: ſinubus acutioribus; angulis obtuſis. *Linn. Sp. pl. 996.*
Quercus cum longo pediculo. *Bauh. pin. 420.*
Quercus. *Fuchs. hiſt. 229. Læſel. pruſſ. 211. t. 69.*
Habitat *paſſim in omnibus fere ſylvis, præſertim in* Dornbacenſibus, Burckersdorffenſibus, Petersdorffenſibus, & Leytæpontanis.

2. Qvercvs foliis ovato oblongis glabris ſerrato repandis. *Linn. Sp. pl. 996.*
Quercus calyce echinato, glande majore. *Bauh. pin. 420.*
Ægilops ſive cercis majore glande. *Dodon. pempt. 831.*
Habitat *in ſylvula dicta* Gatterhölzl.

IVGLANS.

1. Ivglans foliolis ovalibus glabris ſubſerratis ſubæqualibus. *Linn. Sp. pl. 997.*
Nux juglans ſ. regia vulgaris. *Bauh. pin. 417.*
Nux juglans. *Dodon. pempt. 816.*
β. Nux juglans fructu maximo. *Bauh. pin. 417.*
Hoſpitatur *ſub dio ubique in hortis, vineis, & ad pagos. β. præſertim in horto* Rohravienſi Excellentiſſimi Comitis Caroli ab Harrach.

FAGVS.

1. Fagvs foliis lanceolatis acuminato-ſerratis ſubtus nudis. *Linn. Sp. pl. 997.*

Caſtanea ſylveſtris. *Bauh. pin. 419.*
Caſtanea. *Cam. epit. 118.*
β. Caſtanea ſativa. *Bauh. pin. 418.*
Habitat *in montibus circa* Latifontum. *β. in hortis & vineis ibidem.*

2. FAGUS foliis ovatis obſolete ſerratis. *Linn. Sp. pl. 998. Fl. Suec. 785.*
Fagus. *Bauh. pin. 419. Cam. epit. 112.*
Habitat *ubique fere in ſylvis circa* Viennam, & Leytæpontum.

CARPINUS.

1. CARPINUS ſquamis ſtrobulorum planis. *Linn. Sp. pl. 998.*
Carpinus. *Dodon. pempt. 841. Cam. epit. 71.*
Oſtrya ulmo ſimilis, fructu in umbilicis foliaceis. *Bauh. pin. 427.*
Habitat *paſſim in ſylvis & nemoribus, hortorumque ambulacris, præſertim circa* Leytæpontum.

CORYLUS.

1. CORYLUS ſtipulis ovatis obtuſis. *Linn. Sp. pl. 998.*
Corylus ſylveſtris. *Bauh. pin. 418.*
Avellana nux ſylveſtris. *Fuchs. hiſt. 398.*
β. Corylus ſativa fructu oblongo rubente. *Bauh. pin. 418.*
Habitat *ubique fere in ſylvis & nemoribus præſertim in ſaltubus* Leytæpontanis. *β. paſſim in hortis.*

MONADELPHIA.

PINUS.

1. PINUS foliis geminis: primordialibus ſolitariis glabris. *Linn. Sp. pl. 1000.*
Pinus ſylveſtris. *Bauh. pin. 491.*
Habitat *ubique in ſylvis glareoſis, retro* Neapolim Auſtriæ, & Scotto-Viennam *præſertim.*

2. PINUS foliis faſciculatis obtuſis. *Linn. Sp. pl. 1001.*
Abies foliis faſciculatis obtuſis. *Hort. Cliff. 450.*
Larix folio deciduo, conifera. *Bauh. hiſt. 1. p. 265.*
Larix. *Bauh. pin. 493. Dodon. pempt. 668. Cam. epit. 45. 46.*
Habitat *ubique in ſylvis montanis* Stiriæ *vicinis, præſertim* Breininis.

3. PI-

3, PINVS foliis solitariis emarginatis. *Linn. Sp. pl. 1001.*
Abies foliis solitariis apice emarginatis. *Hort. Cliff. 449.*
Abies Taxi folio, fructu sursum spectante. *Tournef. 585.*
Abies conis sursum spectantibus s. mas. *Bauh. pin. 595.*
Abies fæmina s. Elate teleja. *Bauh. hist. 1. p. 231.*
Habitat *cum praecedentibus in dictis sylvis, & retro* Baden, *ac* Scotto-Viennam.

4. PINVS foliis subulatis mucronatis lævibus bifariam versis. *Linn. Sp. pl. 1002.*
Abies foliis solitariis apice acuminatis. *Fl. Suec. 789.*
Picea. *Cam. epit. 47.*
Habitat *ubique cum præcedentibus.*

THVJA.

1. THVJA strobulis lævibus: squamis obtusis. *Linn. Sp. pl. 1002. Hort. Upf. 289.*
Thuja Theophrasti. *Bauh. pin. 488.*
Arbor vitæ. *Clus. hist. 1. p. 36. Dodon. pempt. 858.*
Hospitatur *sub dio in horto olim* Favoritæ Viden*s*is, *nunc* Gymnasii Theresiani.

CVPRESSVS.

1. Cupressus foliis imbricatis, frondibus quadrangulis. *Linn. Sp. pl. 1002.*
Cupressus foliis imbricatis erectis. *Hort. Upf. 288.*
Cupressus. *Bauh. pin. 488. Cam. epit. 52.*
Hospitatur *passim in hortis nobilium æstate in apricariis, hyeme in frigidariis, præsertim* Rohraviæ *in horto* Excellentissimi Comitis Caroli ab Harrach.

RICINVS.

1. RICINVS. *Linn. Sp. pl. 1007.*
Ricinus foliis peltatis serratis: petiolatis glanduliferis. *Hort. Upf. 289.*
Ricinus vulgaris. *Bauh. pin. 439.*
Ricinus gallis Palma Christi. *Lob. hist. 392.*
Hospitatur *passim in hortis sub dio.*

SYNGENESIA.

MOMORDICA.

1. MOMORDICA pomis angulatis tuberculatis, foliis glabris patenti palmatis. *Linn. Sp. pl. 1009. Hort. Upf. 293.*
Balfamina rotundifolia repens f. mas. *Bauh. pin. 306.*
Charantia. *Dodon. pempt. 670.*
Hofpitatur *paffim ante feneftras, & in hortis fub dio.*

2. MOMORDICA pomis angulatis tuberculatis, foliis villofis longitudinaliter palmatis. *Hort. Cliff. 457. Fl. Zeyl. 351. Roy. Lugdb. 262. Sp. pl. 1009.*
Balfamina cucumerina indica, fructu majore flavefcente. *Comm. hort. 1. p. 103. t. 54.*
Pandipavel. *Rheed. mal. 8. p. 17. t. 9.*
Hofpitatur *fub dio in horto* Leytæpontano Excellentiffimi Comitis Erneſti ab Harrach.

3. MOMORDICA pomis hifpidis, cirrhis nullis. *Linn. Sp. pl. 1010.*
Momordica abfque cirrhis. *Hort. Upf. 294.*
Momordica pomis ovalibus hifpidis, foliis cordatis integris plicato-dentatis. *Hort. Cliff. 451. Roy. lugdb. 262.*
Cucumis fylveftris afininus dictus. *Bauh. pin. 314.*
Cucumis fylveftris. *Cam. epit. 946.*
Elaterium Rivini, & officinarum. *Hall. Jen. Rupp. 46.*
Habitat *in area horti* Leytæpontani Excellentiffimi Comitis Erneſti ab Harrach, *in qua citri majores æftivo tempore apricantur, ficut etiam in horto Domini* Gansl Viennæ *in platea ad ecclefiam* Sti. Caroli Borromæi *fito, alibique in ruderatis, & inter hortorum quisquilias.*

CVCVRBITA.

1. CVCVRBITA foliis fubangulatis tomentofis bafi fubtus biglandulofis, pomis lignofis. *Linn. Sp. pl. 1010.*
Cucurbita feminibus obfolete bicornibus. *Hort. Upf. 291.*
Cucurbita oblonga, flore albo, folio molli. *Bauh. pin. 313.*
Cucurbita lagenaria, flore albo. *Moris. hift. 2. p. 23. s. 1. t. 5. f. 3.*
Hofpitatur *ubique fere in hortis oleraceis, præfertim* Viennæ, *& in horto* Rohravienfi Excellentiffimi Comitis Caroli ab Harrach.

2. Cv-

2. CUCURBITA foliis lobatis, pomis lævibus. *Linn. Sp. pl. 1010.*
Cucurbita ſeminum margine tumido. *Hort. Upſ. 291.*
Cucurbita major rotunda, flore luteo, folio aſpero. *Bauh. pin. 213.*
Cucurbita indica rotunda. *Dalech. hiſt. 616.*
Hoſpitatur *ſub dio ubique in hortis, vineis, & pomariis ruſticorum.*

3. CUCURBITA foliis lobatis, pomis nodoſo verrucoſis. *Linn. Sp. pl. 1010.*
Cucurbita verrucoſa. *Bauh. hiſt. 2. p. 222.*
Melopepo verrucoſus. *Tournef. inſt 106.*
Hoſpitatur *ſub dio in horto* Leytæpontano Excellentiſſimi Comitis Erneſti ab Harrach, *alibique.*

4. CUCURBITA foliis multipartitis. *Linn. Sp. pl. 1010. Hort. Upſ. 292.*
Cucurbita ſeminum margine baſi dilatato. *Hort. Cliff. 452. Roy. lugdb. 264.*
Anguria Citrullus dicta, *Bauh. pin. 312.*
Citrullus folio colocynthidis ſecto, ſemine nigro. *Bauh. hiſt. 2. p 235.*
Hoſpitatur *hinc inde in hortis, præſertim* Leytæponti *in horto* Excellentiſſimi Comitis Erneſti ab Harrach, *ſub dio quidem ſed vel ſubſtrato fimo, vel in vaporario.*

CUCUMIS.

1. CUCUMIS foliis multifidis, pomis globoſis glabris. *Linn. Sp. pl. 1011. Hort. Upſ. 293.*
Cucumis foliis multifidis. *Roy. lugdb. 263.*
Colocynthis, fructu rotundo, major. *Bauh. pin. 313.*
Colocynthis. *Cam. epit. 982.*
Hoſpitatur *in horto* Leytæpontano Excellentiſſimi Comitis Erneſti ab Harrach; *ſata quidem in vaporario, ſed transplantata ſub dio.*

2. CUCUMIS foliorum angulis rotundatis, pomis toruloſis. *Linn. Sp. pl. 1011. Hort. Upſ. 292.*
Melo vulgaris. *Bauh. pin. 310.*
Melo. *Bauh. hiſt. 2. p. 242.*
Hoſpitatur *ubique in hortis vel ſub dio, vel in vaporariis.*

3. CUCUMIS foliorum angulis rectis, pomis oblongis ſcabris. *Linn. Sp. pl. 1012. Hort. Upſ. 292.*

Cucumis sativus vulgaris. *Bauh. pin. 310.*
Cucumis vulgaris. *Dodon. pempt. 662.*
Hospitatur *ubique in hortis oleraceis sub dio.*

BRYONIA.

1. BRYONIA foliis palmatis utrinque calloso scabris. *Linn. Sp. pl. 1012. Fl. Suec. 790.*
Bryonia alba, baccis nigris. *Bauh. pin. 297.*
Vitis alba, baccis nigris. *Fuchs. hist. 94. Cam. epit. 987.*
Habitat *passim ad pagos, & sepes.*

CLASSIS XXII.

DIOECIA DIANDRIA.

SALIX.

1. SALIX foliis serratis ovatis acutis glabris: serrat[illegible] tilagineis, petiolis calloso-punctatis. *Linn. Sp. p*
Salix sativa lutea, folio crenato. *Bauh. pin. 473.*
Habitat Leytæponti *in fruticeto inter hortum oleraceum, & hortum phasianorum* Excellentissimi Comitis Ernesti ab Harrach *ad ripam* Leytæ, *alibique ad pagos, & in hortis rusticorum ad aquas sitis.*

2. Salix foliis serratis glabris lanceolatis petiolatis, stipulis trapeziformibus. *Linn. Sp. pl. 1016.*
Salix foliis serratis glabris acuminatis appendiculatis. *Fl. Lapp. 349.*
Salix folio amygdalino utrinque virente aurito. *Bauh. pin. 43.*
Salix folio auriculato splendente flexilis. *Raj. Syn. 3. p. 448.*
Salix persicæ folio auriculato. *Hall. helv. 151. n. 2.*
Salix purpurea nigra viminalis. *Dalech. hist. 276.*
Habitat *ad pagos, rivulorum ripas, & in nemoribus insularum* Danubialium *passim.*

3. SALIX foliis integerrimis lanceolato-linearibus strictis sessilibus subtus tomentosis. *Linn. Sp. pl. 1020.*
Salix humilis angustifolia. *Bauh. pin. 474.*

Sa-

Salix humilis repens angustifolia. *Lob. icon. 2. p. 137. Bauh. hist. 1. p. 214.*

Habitat *ad pedem montis supra* Burckersdorff *ex quo primus rivulus in torrentem* Viennensem *fluit, alibique.*

4. SALIX foliis subintegerrimis lanceolato-linearibus longissimis acutis subtus sericeis, ramis virgatis. *Linn. Sp. pl. 1021.*

Salix foliis undulatis lineari-lanceolatis subtus tomentosis. *Roy. lugdb. 84.*

Salix folio longissimo angustissimo utrinque albido. *Bauh. pin. 474.*

Salix folio longissimo. *Raj. angl. 3. p. 450.*

Salix angustis & longissimis foliis crispis: subtus albicantibus. *Bauh. hist. 1. p. 212.*

Habitat *in nemoribus insularum* danubialium *passim.*

5. SALIX foliis lanceolatis acuminatis serratis utrinque pubescentibus: serraturis infimis glandulosis. *Linn. Sp. pl. 1021.*

Salix foliis elliptico-lanceolatis serratis subtus sericeis vimine fragili. *Hall. helv. 152.*

Salix vulgatis alba arborescens. *Bauh. pin. 473.*

Habitat *passim ad pagos; in saliceto supra suburbium* Viennense Rossau *dicto; & in nemoribus insularum* danubialium, *alibique.*

TRIANDRIA.

EMPETRUM.

1. EMPETRUM procumbens. *Linn. Sp. pl. 1022.*

Empetrum. *Fl. lapp. 379.*

Empetrum montanum, fructu nigro. *Tournef. inst. 579. Boerhaav. lugdb. 2. p. 173.*

Empetrum montanum procumbens. I. R. H. *Hall. Jen. Rupp. 337.*

Erica baccifera procumbens nigra. *Bauh. pin. 486.*

Erica baccifera Mathioli. (*154.*) *Bauh. hist. 1. p. 526.*

Erica baccifera. *Clus. pan. 29.*

Erica coris folio XI. *Clus. hist. 1. p. 45.*

Habitat *in* Schneeberg *ad præcipitium septentrionem respiciens, & proxime ad principium pineti; sed minus frequens, sæpius in alpe* Wexel.

TETRANDRIA.

VISCVM.

1. VISCVM foliis lanceolatis, caule dichotomo, ſpicis axillaribus. *Linn. Sp. pl. 1023.*
   Viſcum. *Fl. Suec. 816.*
   Viſcum baccis albis. *Bauh. pin. 423.*
   Viſcum. *Cam. epit. 555.*
   Habitat *ubique in ſylvis in variis arboribus.*

SPINACIA.

1. SPINACIA. *Linn. Sp. pl. 1027. Hort. Upſ. 296.*
   Spinacia mas. *Dalech. hiſt. 543.*
   Spinacia ſemine ſpinoſo. *Moris. hiſt. 2. p. 598.*
   Lapathum hortenſe ſ. ſpinacia ſemine ſpinoſo. *Bauh. pin. 114.*
   Spinacia fœmina. *Dalech. hiſt. 543.*
   β. Lapathum hortenſe ſ. ſpinacia ſemine non ſpinoſo. *Bauh. pin. 115.*
   Hoſpitatur *ubique in hortis oleraceis ſub dio.*

CANNABIS.

1. CANNABIS. *Linn. Sp. pl. 1027.*
   Cannabis ſativa. *Bauh. pin. 320.*
   Cannabis mas. *Dalech. hiſt. 497.*
   Cannabis erratica. *Bauh. pin. 320.*
   Cannabis fœmina. *Dalech. hiſt. 497.*
   Habitat *ubique in arvis circa* Leytæpontum.

HVMVLVS.

1. HVMVLVS. *Linn. Sp. pl. 1028.*
   Lupulus mas. *Bauh. pin. 298.*
   Lupulus ſalictarius. *Fuchs. hiſt. 124.*
   Lupulus fœmina. *Bauh. pin. 298. Cam. epit. 954.*
   Habitat *paſſim in nemoribus inſularum* danubialium, *& in ſepibus.*

OCTANDRIA.

POPVLVS.

1. POPVLVS foliis ſubrotundis dentato-angulatis ſubtus tomentoſis. *Linn. Sp. pl. 1034. Fl. Suec. 820.*

Po-

Populus alba majoribus foliis. *Bauh. pin. 429.*
Populus alba. *Dodon. pempt. 835.*
Habitat *ubique in nemoribus insularum* danubialium.
2. POPVLVS foliis subrotundis dentato-angulatis utrinque glabris. *Linn. Sp. pl. 1034. Fl. Suec. 819.*
Populus tremula. *Bauh. pin. 429.*
Populus lybica. *Dodon. pempt. 836.*
Habitat *in nemoribus insularum* danubialium *cum praecedente.*
3. POPVLVS foliis deltoidibus acuminatis serratis. *Linn. Sp. pl. 1034. Fl. Suec. 821.*
Populus nigra. *Bauh. pin. 429. Dodon. pempt. 836.*
Habitat *in omnibus insularum* danubialium *nemoribus cum praecedentibus, alibique juxta aquas passim.*

RHODIOLA.

1. RHODIOLA. *Linn. Sp. pl. 1035. Fl. Suec. 831. Fl. Lapp. 378.*
Rhodia radix. *Bauh. pin. 286. Clus. hist. 2. p. 65. Raj. hist. 690. Bauh. hist. 3. p. 683.*
Rosea Rivini. *Hall. Jen. Rupp. 91.*
Telephium luteum minus, radice rosam redolente. *Moris. hist. 3. p. 468. s. 12. t. 10. f. 8.*
Anacampseros radice rosam spirante major. *Tournef. inst. 264. Boerhaav. lugdb. 1. p. 289.*
Habitat *copiose in scopulis jugi* Durrenstein, *in alpe* Breinina, *aliisque minus frequens.*
Hospitatur *inde eruta in hortulo meo sub dio.*

ENNEANDRIA.

MERCVRIALIS.

1. MERCVRIALIS caule simplicissimo, foliis scabris. *Linn. Sp. pl. 1035. Fl. Suec. 823.*
Mercurialis montana testiculata. *Bauh. pin. 122.*
Cynocrambe mas. *Cam. epit. 999.*
Mercurialis montana spicata. *Bauh. pin. 122.*
Cynocrambe foemina. *Cam. epit. 999.*
Habitat *in monte* Cecio *seu* Kalenberg *ad fossam, circa* Dornbach, *alibique in nemorosis montanis.*
MERCVRIALIS caule brachiato, foliis glabris. *Linn. Sp. pl. 1035. Hort. Ups. 298.*

Mer-

Mercurialis testiculata mas. *Bauh. pin. 121.*
Mercurialis mas. *Dodon. pempt. 658.*
Mercurialis spicata, s. fœmina. *Dodon. pempt. 658.*
Habitat *ubique in cultis, vineis, arvis, & hortis oleraceis.*

MONADELPHIA.

JVNIPERVS.

1. Jvniperus foliis oppositis erectis decurrentibus: oppositionibus pyxidatis. *Linn. Sp. pl. 1039.*
Juniperus foliis inferne adnatis: oppositionibus concatenatis. *Hort. Ups. 299.*
Sabina folio cupressi. *Bauh. pin. 487.*
Sabina. *Dodon. pempt. 854.*
Hospitatur *in hortis sub dio.*
2. Jvniperus foliis ternis patentibus mucronatis. *Linn. Sp. pl. 1040. Fl. Suec. 824.*
Juniperus vulgaris fruticosa. *Bauh. pin. 488.*
Habitat *ubique in pascuis siccis, sylvis, & ad illarum principia.*

TAXVS.

1. Taxvs foliis approximatis. *Linn. Sp. pl. 1040.*
Taxus. *Fl. Suec. 825.*
Taxus. *Bauh pin. 505. Cam. epit. 840. Dodon. pempt. 859.*
Hospitatur *passim in hortis ad topiaria inserviens sub dio.*

SYNGENESIA.

RVSCVS.

1. Rvscvs foliis supra floriferis nudis. *Linn. Sp. pl. 1041. Hort. Ups. 300.*
Ruscus myrtifolius aculeatus. *Tournef. inst. 79.*
Ruscus. *Bauh. pin. 470.*
Ruscum. *Dodon. pempt. 744.*
Hospitatur *æstate sub dio in hortulo botanico fratris Honorii apud* FFr. Misericordiæ *in suburbio* Viennensi Leopoldino, *hyeme in cubiculo frigidarii loco.*
2. Rvscvs foliis subtus floriferis sub foliolo. *Linn. Sp. pl. 1041. Hort. Ups. 300.*

Lau-

Laurus alexandrina, fructu pediculo insidente. *Bauh. pin. 304.*
Hypoglossum Dioscoridis, laurotaxa Plinii. *Col. ecphr. 1. p. 166. t. 165. f. 2.*
Uvularia officinarum.
Habitat *copiosè in monte imminenti oppido vulgo St.* Jürgen, *dicto tribus a* Posoniensi *urbe milliaribus*, & *in montibus umbrosis* Latifonti, *sed rarissime.*

CLASSIS XXIII.

POLYGAMIA MONOECIA.

MUSA.

MUSA spadice nutante. *Linn. Sp. pl. 1043.*
Musa racemo simplicissimo. *Hort. Ups. 301.*
Musa Cliffortiana. *Linn. mus. 1. t. 1.*
Musa. *Clus. exot. 229.*
Ficus indica, fructu racemoso, folio oblongo. *Bauh. pin. 508.*
Palma humilis, longis latisque foliis. *Bauh. pin. 107.*
Hospitatur *in caldario horti* Viennensis S. P. de Schwarzenberg.

VERATRUM.

VERATRUM racemo supradecomposito, corollis erectis. *Linn. Sp. pl. 1045.*
Veratrum caule ramoso. *Mat. med. 471.*
Veratrum pedunculis corolla erecta patente brevioribus. *Gmel. sib. 1. p. 75.*
Helleborus albus, flore subviridi. *Bauh. pin. 186.*
Elleborus albus, exalbido flore. *Clus. hist. 1. p. 274.*
Habitat *in prato antequam* Buchbergam *perveniatur, in* Schneeberg, & Wexel *passim, copiose autem in alpe* Breinina.
VERATRUM racemo composito, corollis patentissimis. *Linn. Sp. pl. 1045.*

Ve-

Veratrum pedunculis corolla patentissima longioribus. *Gmel. sib. 1. p. 76.*

Helleborus albus flore atro rubente. *Baub. pin. 186. Moris. hist. 3. p. 485. s. 12. t. 4. f. 1.*

Habitat *hinc inde in sylvis cæduis, copiose autem in montibus* Medlingensibus.

HOLCUS.

1. HOLCUS glumis villosis, seminibus aristatis. *Linn. Sp. pl. 1047. Hort. Ups. 301.*

Holcus glumis glabris. *Hort. Cliff. 468.*

Milium arundinaceum, subrotundo semine, sorgho nominatum. *Bauh. pin. 26.*

Melica s. Sorghum. *Dodon. pempt. 508.*

Hospitatur *sub dio in horto* Rohraviensi Excellentissimi Comitis Caroli ab Harrach.

2. HOLCUS glumis bifloris villosis: hermaphrodito-muticis, masculo arista recurva. *Linn. Sp. pl. 1048.*

Aira foliis pubescentibus, panicula contracta: flosculo hermaphrodito mutico, masculo arista uncinata, calyce breviore. *Fl. Suec. 67.*

Gramen pratense paniculatum molle. *Baub. pin. 2. prodr. 3. Theatr. 21. Scheuchz. gram. 234.*

Gramen lanatum. *Dalech. hist. 425.*

Habitat *passim in pascuis, & pratis ad fluvium* Leytam *sitis.*

VALANTIA.

1. VALANTIA floribus masculis quadrifidis, pedunculis diphyllis. *Linn. Sp. pl. 1052. Hort. Ups. 303.*

Galium foliis quaternis, flosculis in alis confertis. *Hort. Cliff. 34. Hall. helv. 462.*

Cruciata hirsuta. *Baub. pin. 335.*

Cruciata. *Dodon. pempt. 357.*

Habitat *in valle* Döolingensi, & Breinina, *circa* Nusdorff, Dornbach, & Leytæpontum, *alibique in dumetis pomariis, & ad sepes passim.*

PARIETARIA.

1. PARIETARIA foliis lanceolato-ovatis alternis. *Linn. Sp. pl. 1052. Hort. Ups. 302.*

Parie-

Parietaria officinarum, & Dioſcoridis. *Bauh. pin. 121.*
Parietaria. *Dodon. pempt. 102.*
Helxine. *Cam. epit. 849.*
Habitat *in* Brader, Tabor, *aliisque inſularum* danubialium *nemoribus, ad mœnia Civitatis* Thulnenſis danubium *reſpicientia, alibique in ruderatis.*

ATRIPLEX.

. ATRIPLEX caule erecto herbaceo, foliis triangularibus. *Linn. Sp. pl. 1053. Hort. Upſ. 303.*
Atriplex hortenſis alba ſ. pallide virens. *Bauh. pin. 119.*
Atriplex hortenſis. *Dodon. pempt. 615.*
Habitat *inter olera paſſim.*

. ATRIPLEX caule herbaceo: valvulis femineis magnis deltoidibus ſinuatis. *Linn. Sp. pl. 1053. Fl. Suec. 827.*
Atriplex ſylveſtris folio haſtato ſ. deltoide. *Raj hiſt. 192.*
Atriplex ſylveſtris annua, folio deltoide triangulari ſinuato, & mucronato haſtæ cuſpidis ſimili. *Moris. hiſt. 2. p. 607. ſ. 5. t. 32. f. 14.*
Habitat *in cœmeterio eccleſiæ metropolitanæ* Viennenſis, *alibique in foſſis.*

. ATRIPLEX caule herbaceo patulo, foliis ſubdeltoideo-lanceolatis, calycibus ſeminum diſco dentatis. *Linn. Sp. pl. 1053.*
Atriplex caule herbaceo foliis ſuperioribus lanceolatis integerrimis. *Hort. Cliff. 469. Roy. lugdb. 218.*
Atriplex caule herbaceo, valvulis femineis ſeminum diſco dentatis. *Fl. Suec. 828.*
Atriplex anguſto oblongo folio. *Bauh. pin. 219.*
Atriplex ſylveſtris, polygoni ſ. helxines foliis. *Lob. icon. 257.*
Habitat *in vallo ſuburbico* Viennenſi *ad* Noſocomium ad St. Marcum, *alibique paſſim in cultis, & ruderatis.*

ACER.

ACER foliis quinquelobis inæqualiter ſerratis, floribus racemoſis. *Linn. Sp. pl. 1054.*
Acer foliis quinquelobis acutis obtuſe ſerratis, petiolis canaliculatis. *Hort. Upſ. 93.*
Acer foliis palmatis obtuſe ſerratis, floribus ſubapetalis racemoſis. *Hort. Cliff. 143.*

Acer

Acer montanum candidum. *Bauh. pin. 430.*
Acer major. *Dodon. pempt. 840.*
Habitat *in sylvis montanis circa* Dornbach, Latifontum, Petersdorff, Burckersdorff, Murobacium, *alibique.*

2. ACER foliis quinquelobis acuminatis acute dentatis glabris, floribus corymbosis. *Linn. Sp. pl. 1055. Fl. Suec. 303.*
Acer foliis palmatis acute dentatis, floribus corollatis dichotomo-corymbosis. *Hort. Cliff. 143.*
Acer montanum tenuissimis, & acutissimis foliis. *Bauh. pin. 431.*
Acer major. *Cam. epit. 63.*
Acer montanum, Orientalis platani foliis atrovirentibus. *Pluk. alm. 7. t. 252. f. 1.*
Habitat *in montibus supra* Petersdorff, *&* Medling, *vallisque* Breininæ, *& alibi.*

3. ACER foliis lobatis obtusis emarginatis. *Linn. Sp. pl. 1055.*
Acer foliis tripartito-palmatis: laciniis utrinque emarginatis obtusis, cortice sulcato. *Hort. Cliff. 147.*
Acer foliis semitrilobis, lobis obtuse incisis. *Hall. helv. 212.*
Acer campestre & minus. *Bauh. pin. 431.*
Acer minor. *Dodon. pempt. 840.*
Habitat *circa* Dornbach, Burckersdorff, *in monticulo regio* Fischamentam *inter &* Enzersdorff *sito, alibique passim in sylvis, & ad sepes.*

DIOECIA.

FRAXINUS.

1. FRAXINUS foliolis serratis, floribus apetalis. *Linn. Sp. pl. 1057.*
Fraxinus floribus nudis. *Fl. Suec. 830.*
Fraxinus excelsior. *Bauh. pin. 416.*
Fraxinus. *Dodon. pempt. 833.*
Habitat *in valle* Döblingensi, *in monticulo regio* Enzersdorffensi, *circa* Neapolim Austriæ, Novemque ecclesias, *in horto phasianorum* Leytæpontano, *&* Rohraviensi *alibique.*

POLYOECIA.

FICVS.

. FICVS foliis palmatis. *Linn. Sp. pl. 1059. Hort. Upſ. 305.*
Ficus communis. *Bauh. pin. 457.*
Ficus. *Dodon. pempt. 412.*
Hoſpitatur *paſſim in hortis æſtate ſub dio: hyeme aſſeribus, & fimo tecta, varius hyberno tempore in frigidariis.*

CLASSIS XXIV.

CRYPTOGAMIA

FILICES.

EQVISETVM.

EQVISETVM caule ſpicato, frondibus compoſitis. *Linn. Sp. pl. 1061. Fl. Suec. 834.*
Equiſetum ſetis ramoſis intermedio multoties longioribus. *Roy. lugdb. 496.*
Equiſetum ſylvaticum. *Fl. Lapp. 391. Tabern. hiſt. 562.*
Equiſetum ſylvaticum tenuiſſimis ſetis. *Bauh. pin. 16. Theatr. 145.*
Habitat *circa* Latifontum, *alibique in pratis ſylvaticis.*

EQVISETVM ſcapo fructificante nudo, ſterili frondoſo. *Linn. Sp. pl. 1061.*
Equiſetum ſcapo fructificante nudo, caule ſterili ramis compoſitis. *Fl. Suec. 833.*
Equiſetum ſetis ſimplicibus intermedio multoties longioribus. *Roy. lugdb. 496.*
Equiſetum arvenſe. *Fl. Lapp. 390.*
Equiſetum arvenſe longioribus ſetis. *Bauh. pin. 16.*
Equiſetum minus. *Fuchs. hiſt. 323.*
Habitat *in arvis, pratisque circa* Leytæpontum *præſertim.*

EQVISETVM caule angulato, frondibus ſimplicibus. *Linn. Sp. pl. 1061.*
Equiſetum ſetis ſimplicibus internodia vix ſuperantibus. *Roy. lugdb. 496. Fl. Suec. 835.*

Equisetum palustre. *Fl. Lapp. 392.*

Equisetum palustre, brevioribus setis. *Bauh. pin. 16. theatr. 242.*

Habitat *passim in aquosis locis, præsertim insularum* danubialium, & Leytæponti.

4. EQVISETVM caule striato, frondibus subsimplicibus. *Linn. Sp. pl. 1062.*

Equisetum caule non sulcato latissimo, verticillis densissimis. *Hall. helv. 144. Fl. Suec. 836.*

Equisetum fluviatile. *Fl. Lapp. 393.*

Equisetum palustre longioribus setis. *Bauh. pin. 15. Theatr. 242.*

Habitat *ad ripas* Danubii, Leytæ, Fischæ, *aliorumque fluminum & rivulorum.*

OPHIOGLOSSVM.

1. OPHIOGLOSSVM fronde ovata. *Linn. Sp. pl. 1062. Fl. Suec. 839.*

Ophioglossum folio ovato, spica disticha. *Hort. Cliff. 472.*

Ophioglossum. *Bauh. pin. 364.*

Ophioglossum vulgatum. *345. ibidem.*

Habitat *circa* Dornbach & Grinzing *passim, copiose autem in insula* Fischamentensi Geimanniana *olim, nunc* Haueriana.

OSMVNDA.

1. OSMVNDA scapo caulino solitario, fronde pinnata solitaria. *Linn. Sp. pl. 1064.*

Osmunda fronde pinnata caulina: pinnis lunulatis. *Hort. Cliff. 472.*

Osmunda folio pinnatifido: pinnis lunulatis. *Fl. Lapp. 389.*

Lunaria racemosa minor, & vulgaris. *Bauh. pin. 354.*

Lunaria minor. *Cam. epit. 643.*

Habitat *in sylvis* Latifontanis, & *in monte* Cecio *vulgo* Kalenberg.

PTERIS.

1. PTERIS fronde supradecomposita: foliolis pinnatis: pinnis lanceolatis: infimis pinnatifidis: superioribus minoribus. *Linn. Sp. pl. 1075. Fl. Suec. 843.*

Fi

Filix ramosa major, pinnulis non dentatis. *Bauh. pin. 357.*
Filix fæmina. *Fuchs. hist. 596. Cam. epit. 992. Dodon. pempt. 342.*
Thelyopteris Dioscoridis. *Hall. Jen. Rupp. 342.*
Habitat *passim in sylvis cæduis, præsertim circa* Murobacium, Gablizam, & Latifontum.

ASPENIVM.

1. ASPLENIVM frondibus simplicibus cordato-lingulatis integerrimis, stipitibus hirsutis. *Linn. Sp. pl. 1079.*
Asplenium frondibus ensiformibus integris, basi cordatis inflexis, petiolis hirsutis. *Fl. Suec. 853.*
Lingua cervina officinarum. *Bauh. pin. 353.*
Phyllitis. *Cam. epit. 579.*
Phyllitis vulgaris. *Clus. hist. 2. p. 213.*
Habitat *in puteo antiquæ arcis* Hamburgensis, *in vallibus umbrosis montis* Schneeberg, & *in alpe* Etscher *alibique.*

2. ASPLENIVM frondibus pinnatifidis; lobis alternis confluentibus. *Linn. Sp. pl. 1080.*
Asplenium s. Ceterach. *Bauh. hist. 3. p. 749.*
Ceterach officinarum. *Bauh. pin. 354.*
Habitat *ad pedem ultimi montis vallis* Breininæ Austriam *inferiorem a* Styria *terminantis.*

3. ASPLENIVM frondibus pinnatis: pinnis subrotundis crenatis. *Linn. Sp. pl. 1080. Fl. Suec. 854.*
Trichomanes s. Polytrichum officinarum. *Bauh. pin. 356.*
Trichomanes. *Fuchs. hist. 796. Cam. epit. 925.*
Habitat *retro arcem collapsam* Ravenstein *ultra Civitatem* Badensem, *inter commissuras lapidum antiqui muri arcis* Trautmannsdorffensis, *alibique passim in rimis petrarum.*

4. ASPLENIVM frondibus alternatim decompositis: foliolis cuneiformibus crenulatis. *Linn. Sp. pl. 1081. Fl. Suec. 855.*
Ruta muraria. *Bauh. pin. 356.*
Paronychia. *Cam. epit. 785.*
Habitat *in rimis petrarum, murisque antiquis* Leytæponti, *sparsim, præsertim in domo Domini* Platzer *mercatoris, copiose autem in arce* Trautmannsdorffensi *cum* Asplenio trichomane.

POLYPODIUM.

1. POLYPODIUM frondibus pinnatifidis: pinnis oblongis subserratis obtusis, radice squamata. *Linn. Sp. pl. 1085.*
Polypodium fronde pinnata: pinnis lanceolatis indivisis serrulatis alternis connato-sessilibus. *Fl. Suec. 845.*
Polypodium pinnatum pinnis lanceolatis integris. *Fl. Lapp. 380.*
Polypodium vulgare. *Bauh. pin. 359.*
Polypodium majus. *Dodon. pempt. 464.*
Habitat *in rimis petrarum vallis* Breininæ, *in opacis & udis vallibus montis* Schneeberg, *alibique.*

2. POLYPODIUM fronde bipinnata: pinnis obtusis crenulatis, stipite paleaceo. *Linn. Sp. pl. 1090. Fl. Suec. 846.*
Filix mas non ramosa dentata. *Bauh. pin. 358.*
Filix mas. *Fuchs. hist. 594.*
Habitat *in sylvis circa* Burckersdorff, Murobacium, & Gablizam, *alibique.*

MUSCI.

LYCOPODIUM.

1. LYCOPODIUM foliis sparsis filamentosis, spicis teretibus pedunculis geminis. *Linn. Sp. pl. 1101.*
Lycopodium caule repente, foliis patulis, pedunculis spica gemina terminatis. *Fl. Lapp. 418. Fl. Suec. 859.*
Lycopodium vulgare pilosum anfragosum & repens. *Dill. musc. 441. t. 58. f. 1.*
Muscus terrestris clavatus. *Bauh. pin. 360.*
Habitat *in sylvis* Breininis, *aliisque* Styriæ *vicinis.*

POLYTRICHUM.

1. POLYTRICHUM caule simplici anthera parallelepipeda. *Linn Sp. pl. 1109.*
Polytrichum quadrangulare vulgare, Yuccæ foliis serratis. *Dill. musc. 420. t. 54. f. 1.*
Polytrichum aureum majus. *Bauh. pin. 356.*
Muscus juniperifolius, capitulo quadrangulo. *Vaill. paris. 131. t. 23. f. 8.*
β. Polytrichum quadrangulare juniperi foliis brevibus, & rigidioribus. *Dill. musc. 424. t. 54. f. 2.*

Po-

Polytrichum aureum medium. *Baub. pin. 356.*
Muſcus coronatus humilis. *Moris. hiſt. 3. p. 630. s. 15. t. 7. f. 6. 8.*
Muſcus erectus, Juniperi folio glauco. *Vaill. paris. 131. t. 23 f. 6*
Habitat *α copioſe circa* Latifontum. *β. circa* Burckersdorff.

MNIUM.

1. MNIUM caule ſimplici geniculis inflexo. *Linn. Sp. pl. 1110. Fl. Lapp. 414. Fl. Suec. 913.*
Bryum paluſtre, ſcapis teretibus ſtellatis, capſulis magnis ſubrotundis. *Dill. muſc. 340. t. 44. f. 2.*
Muſcus capillaceus tenuiſſimus, pediculo longiſſimo purpuraſcente, capitulo rotundiore T. *Vaill. paris. 134. t. 24. f. 10.*
Muſcus trichodes paluſtris erectus coronatus, capitulis ſphæricis amplioribus. *Moris hiſt. 3. p. 628. s. 15. t. 6. f. 8.*
Muſcus parvus ſtellatus. *Pluk. alm. 255. t. 47. f. 6.*
Habitat *ad ſcaturiginem* Leytæpontum *inter* & Winden *ſitam, alibique ad fontes, & ſcaturigines paludoſas.*

2. MNIUM caule dichotomo, foliis ſubulatis. *Linn. Sp. pl. 1110. Fl. Suec. 912.*
Mnium majus, ramis longioribus bifurcatis. *Dill. muſc. 233. t. 31. f. 3.*
Muſcus paluſtris erectus flaveſcens, capillaceo folio. *Vaill. paris 135. t. 24. f. 1.*
Muſcus paluſtris, flagellis erectis luteolis raro diviſis, capitulis oblongis adianti. *Moris. hiſt. 3. p. 629. s. 15. t. 6. f. 9.*
Habitat *in pratis paludoſis* Leytæponti *ad hortum phaſianorum ſitis, alibique.*

3. MNIUM caule ramoſo, androgynum. *Linn. Sp. pl. 1110. Fl. Suec. 910.*
Mnium peranguſtis & brevibus foliis. *Dill. muſc. 230. t. 31. f. 1.*
Bryum anguſtiori folio, capſula longa pyriformi inclinata. *Hall. helv. 114.*
Muſcoides: muſcus capillaris minimus, capitulo minimo pulverulento. *Vaill. paris. t. 29. f. 6.*
Muſcus trichodes parvus, capitulo glomerato ſ. botryoide. *Mich. gen. 108. t. 59. f. 8. H. K.*

 Muſcus

Mufcus coronatus humilis minimus, foliolis pediculis & capitulis minimus erectis. *Moris. hift. 3. p. 631. s. 15. t. 7. f. 20.*

Habitat *in fylvis umbrofis* Leytæponti, & Fifchamentæ.

BRYVM.

1. Bryvm anthera erecta oblonga minori calyptris laxis æqualibus. *Linn. Sp. pl. 1116. Fl. Suec. 891.*

Bryum calyptra extinctorii forma, minus. *Dill. mufc. 349. t. 45. f. 8.*

Mufcus capillaceus minimus calyptra longa conoide nitida. T. *Vaill. paris. 137. t 26. f. 1.*

Mufcus coronatus humilis tenuifolius, pileolo magno acuto infra aperto, extinctorium referente. *Moris. hift. 3. p. 350. t. 45. f. 9.*

β. Bryum calyptra extinctorii figura majus & ramofum. *Dill. mufc. 350. t. 45. f. 9.*

Habitat Fifchamentæ *in infula olim* Geimanniana *nunc* Haueriana, *alibique.*

2. Bryvm antheris erectiufculis, foliis piliferis recurvis. *Linn. Sp. pl. 1116. Fl. Suec. 900.*

Bryum caule erecto, foliis reflexis feta terminatis, capitulis falcatis. *Fl. Lapp. 397.*

Bryum rurale unguiculatum hirfutum elatius, & ramofius. *Dill. mufc. 352. t. 45. f. 12.*

Mufcus capillaris tectorum, denfis cefpitibus nafcens, capitulis oblongis, foliis in pilum oblongum definentibus. *Vaill. paris. 133. t. 25. f. 3.*

Mufcus erectus hirfutus, capitulis longis acutis unguiculis avicularum fimilibus, vulgatiffimus. *Moris. hift. 3. p. 628. s. 15. t. 6. f. 12.*

Habitat *in tectis rufticorum, præfertim* Gallbrunnenfium, & Arbefthalenfium, *aliorumque.*

3. Bryvm antheris erectis, foliis piliferis rectiufculis, furculis fimplicibus cefpitofis. *Linn. Sp. pl. 1117.*

Bryum tegulare humile pilofum & incanum. *Dill. mufc. 355. t. 45. f. 14.*

Mufcus capillaris minor, capitulis erectis, vulgatiffimus, foliis in pilum definentibus. *Vaill. paris.* 133. *t* 24. *f.* 15.

Mufcus vulgaris omnium vulgatiffimus non villofus. *Vaill. paris.* 133. *t.* 24. *f.* 14.

Mufcus

Muſcus capillaris minor capitulis erectis vulgatiſſimus non villoſus. *Vaill. paris. t.* 25. f. 4.
Habitat *ubique in tegulis, ſaxis, muris, præſertim in mœniis* Leytæpontanis *arcem* Excellentiſſimi Comitis Erneſti ab Harrach *cingentibus.*

4. BRYUM antheris erectis ſubrotundis: operculo mucronato. *Linn. Sp. pl.* 1119. *Fl. Suec.* 889.
Bryum exiguum, creberrimis capſulis rufis. *Dill. muſc.* 347. *t.* 45. *f.* 7.
Muſcus capillaceus, omnium minimus. *Vaill. paris.* 130. *t.* 26. *f.* 2.
Muſcus coronatus minimus, foliis, & capitulis oblongis in pediculis breviſſimis. *Moris. hiſt* 3. *p.* 631. *s.* 15. *t.* 7. *f.* 18.
Habitat Fiſchamentæ *in nemore ad molam minorem ſito, alibique.*

HYPNUM.

1. HYPNUM ramis vagis ſubrepentibus, foliolis ovatis mucronatis imbricatis. *Linn. Sp. pl.* 1124.
Hypnum dentatum vulgatiſſimum operculis obtuſis. *Dill. muſc.* 295. *t.* 38. *f.* 29.
Muſcus myoſuroides rutabuli fructu. *Vaill. paris. t.* 27. *f.* 8. & *t.* 23. *f.* 2.
Muſcus denticulatus minor ſericeus noſtras, capitulis adianti. *Moris. hiſt.* 3. *p.* 626. *s.* 15. *t.* 6. *f.* 35.
Habitat *in ſaltubus* Leytæpontanis *ad arborum radices, alibique.*

2. HYPNUM ſurculis pinnatis: ramulis diſtantibus foliolis imbricatis incurvis acutis ſecundis. *Linn. Sp. pl.* 1125. *Fl. Suec.* 875.
Hypnum repens filicinum criſpum. *Dill. muſc.* 282. *t.* 36. *f.* 19.
Muſcus filicinus paluſtris. *Vaill. paris.* 138. *t.* 29. *f.* 9.
Habitat *in pratis humidiuſculis* Leytæpontanis *circa hortum phaſianorum* Excellentiſſimi Comitis Erneſti ab Harrach *ſitis, præſertim in illo quod canales aquam in forum ducentes transcurrunt.*

3. HYPNUM ſurculis proliferis plano-pinnatis, pedunculis aggregatis. *Linn. Sp. pl.* 1125. *Fl. Suec.* 872.
Hypnum filicinum, tamariſci foliis minoribus non ſplendentibus. *Dill. muſc.* 276. *t.* 35. *f.* 14.

Muſcus filicinus major. *Moris. hiſt.* 3. *p.* 625. *s.* 15. *t.* 5. *f.* 20. *Tournef. inſt.* 556. *t.* 326. *f. C. Vaill. paris.* 140. *t.* 25. *f.* 1.

Habitat *in pratis*, & *ſylvis circa* Leytæpontum, *ac circa* Grinzing, *alibique.*

4. HYPNUM ſurculis plano-pinnatis continuatis, pedunculis aggregatis. *Linn. Sp. pl.* 1125. *Fl. Suec.* 873.

Hypnum filicinum, tamariſci foliis majoribus ſplendentibus. *Dill. muſc.* 274. *t.* 35. *f.* 13.

Muſcus filicinus major. *Buxb. Cent.* 2. *p.* 2. *t.* 1. *f.* 2. & *p.* 3. *t.* 2. *f.* 1. & 4. *t.* 28 *f.* 1. & *t.* 29. *f.* 1.

Habitat *in pratis* & *ſylvis circa* Leytæpontum, Latifontum, *ac in monte* Cecio *ſeu* Kalenberg.

5. HYPNUM ſurculo repente, ramis confertis erectis, foliis ſubulatis, antheris erectis. *Linn. Sp. pl.* 1129. *Fl. Suec.* 882.

Hypnum vulgare ſericeum recurvum, capſulis erectis cuſpidatis. *Dill. muſc.* 323. *t.* 42. *f.* 59.

Muſcus arboreus ſplendens ſericeus. *Vaill. paris.* 132. *t.* 27. *f.* 3.

Habitat *ad truncos arborum ubique fere in ſylvis præſertim* Leytæpontanis, Latifontanis, & Fiſchamentenſibus.

6. HYPNUM ſurculo repente, ramis confertis erectis, foliis ſubulatis, antheris ſubnutantibus. *Linn. Sp. pl.* 1129. *Fl. Suec.* 883.

Hypnum velutinum, capſulis ovatis cernuis. *Dill. muſc.* 326. *t.* 42. *f.* 61.

Muſcus ſquamoſus ramoſus tenuior, capitulis incurvis. *Vaill. paris.* 133. *t.* 26. *f.* 9.

Muſcus terreſtris minor omnium vulgatiſſimus. *Buxb. cent.* 4. *p.* 35. *t.* 62. *f.* 23.

Habitat *ad radices arborum in ſylva* Leytæpontum, *inter* & *Lapidicinas Cæſareas ſita, alibique paſſim.*

ALGÆ.

MARCHANTIA.

1. MARCHANTIA calyce communi decemfido. *Linn. Sp. pl.* 1137. *Fl. Suec.* 931.

Marchantia major capitulo ſtellato; radiis teretibus. *Mich. gen.* 2. *t.* 1. *f.* 1.

Lichen

Lichen fontanus major ſtellatus æque, ac umbellatus, & cyathophorus. *Dill. muſc. 523. t. 76. f. 6.*

Lichen petræus latifolius, ſ. Hepatica fontana. *Bauh. pin. 362.*

Lichen. *Fuchs. hiſt. 179. Cam. epit. 782.*

Habitat *circa* Dornbach, *&* Grinzing *juxta aquas locis in umbroſis, præſertim vero in puteo* Leytæpontum *inter &* Julaſchium *vulgo* Jois, *ad viam ſito copioſe.*

LICHEN.

LICHEN leproſus albicans, lineolis nigris ramoſis characteriformibus. *Linn. Sp. pl. 1140. Fl. Suec. 941.*

Lichenoides cruſta tenuiſſima, peregrinis veluti literis inſcripta. *Dill. muſc. 128. t. 18. f. 1.*

Habitat *in* Quercubus, *&* Ulmis *circa* Leytæpontum.

LICHEN leproſus cinereo-vireſcens, tuberculis atris. *Linn. Sp. pl. 1140.*

Lichenoides leproſum cruſta cinereo-vireſcente, tuberculis nigerrimis. *Dill. muſc. 126. t. 18. f. 3.*

Habitat *ubique fere circa* Leytæpontum *in* Fagis, *&* Quercubus *junioribus quibus cortex nondum rimoſus ſed lævis eſt.*

LICHEN leproſus candidus, tuberculis atris. *Linn. Sp. pl. 1140.*

Lichenoides tartareum candidum tinctorium tuberculis atris. *Dill. muſc. 128. t. 18. f. 8.*

Habitat *in petris* Leytæponti *circa furnum calcareum, & in monte* Spitalberg *ſitis.*

LICHEN leproſus albus tuberculis albis farinaceis. *Linn. Sp. pl. 1141.*

Habitat *in truncis* Fagorum *circa* Leytæpontum *paſſim.*

LICHEN leproſus candidus, tuberculis incarnatis. *Linn. Sp. pl. 1141. Fl. Suec. 936.*

Lichen cruſtaceus, calyce convexo foliis majore. *Fl. Lapp. 455.*

Lichen terreſtris ericetorum baſi mucoſa (verrucoſa griſea) capitulis fungoidibus, cornei coloris. *Hall. Jen. Rupp. 379.*

Coralloides fungiforme carneum, baſi leproſa. *Dill. muſc. 76. t. 14. f. 1.*

Fungus omnium minimus turbinatus croceus. *Bocc. mus. 2. p. 150. t. 10.*

Fungilli incarnati coloris minuti muſco inſidentes. *Mentz. pug. t. 6.*

Habitat *præſertim in declivitate montis* Cecii *ſeu* Kalenberg *ad ſemitam, quæ ex monaſterio* Weidlingam *ducit inter fruticeſ.*

6. LICHEN imbricatus, foliolis ſinuatis ſcabris lacunoſis, ſcutellis folio concoloribus. *Linn. ſp. pl. 1142. Fl. Suec. 946. Mat. med. 494.*

Lichen foliis planis acute laciniatis rubiginoſo-albidis. *Fl. Lapp. 447.*

Lichen opere phrygio ornatus. *Vaill. paris. t. 21. f. 1.*

Lichenoides vulgatiſſimum cinereo-glaucum lacunoſum, & cirrhoſum. *Dill. muſc. 188. t. 24. f. 83.*

Muſco-fungus lichenoides minor cinereus vulgatiſſimus. *Moriſ. hiſt. 3. p. 634. s. 15. t. 7. f. 6.*

Habitat *in rupibus paſſim præſertim circa* Medling.

7. LICHEN cruſtaceus flavus, ſcutellis luteis. *Linn. Sp. pl. 1141.*

Byſſus farinacea flava. *It. Oel. 30.*

Habitat *ubique in parietibus, tegulis, & muris circa* Leytæpontum.

8. LICHEN imbricatus, foliis criſpis fulvis, peltis concoloribus fulvis. *Linn. Sp. pl. 1143.*

Lichenoides vulgare ſinuoſum, foliis & ſcutellis luteis. *Dill. muſc. 180. t. 24. f. 76.*

Habitat *ubique in arboribus, & fruticibus circa* Leytæpontum.

9. LICHEM imbricatus: laciniis obtuſis ſubinflatis. *Linn. Sp. pl. 1144.*

Lichen foliaceus ſubdepreſſus lævis, laciniis integerrimis truncatis ſubtus concavis lacunoſis atris. *Fl. Suec. 951.*

Lichen pulmonarius arboribus adnaſcens: deſuper cinereus, ſubtus anthracinus: ſegmentis teretibus tubuloſis. *Mich. gen. 91. t. 50. f. 1. 2.*

Lichenoides ceratophyllum obtuſius, & minus ramoſum. *Dill. muſc. 154. t. 20. f. 49.*

Habitat *paſſim in corticibus* Betulæ, & *in ſylvis cæduis in putreſcentibus arborum truncis circa* Leytæpontum.

10. LICHEN imbricatus foliis oblongis laciniatis anguſtis cinereis, ſcutellis pullis. *Linn. Sp. pl. 1144. Fl. Suec 950.*

Lichen foliis laciniatis cinereis: laciniis obtuſiuſculis ſæpius apice trifidis. *Roy. lugdb. 510.* Li

Lichen pulmonarius vulgatiſſimus ſuperne albo cinereus inferne nigricans, ſegmentis anguſtis, receptaculis nigricantibus. *Mich. gen. 91. t. 43. f. 2.*

Lichenoides cinereum, ſegmentis argutis ſtellatis, ſcutellis nigris. *Dill. muſc. 176. t. 24. f. 70.*

Habitat *paſſim in ramis* Populi *folio* tremulo, figorum, & quercuum *juniorum*, *circa* Leytæpontum *autem copioſè in* Pruno Spinoſa, & in Cratægo Oxyacantha *dicto*, *aliisque fruticibus cortice minus aſpero donatis.*

1. LICHEN foliaceus erectiuſculus: laciniis linearibus ciliatis, ſcutellis pedunculatis crenatis. *Linn. Sp. pl. 1144. Fl. Suec. 952.*

Lichen foliis laciniatis cinereis: lacinis linearibus apice piloſis. *Roy. lugdb. 509.*

Lichen cinereus arboreus, marginibus piloſis major, *Vaill. paris 115. t. 20. f. 4.*

Lichenoides hiſpidum majus, & rigidius, ſcutellis nigris. *Dill. muſc. 150. t. 20. f. 45.*

Muſco-fungus arboreus cinereus ſcutellatus; marginibus piloſis. *Moris. hiſt. 3. p. 634. s. 15. t. 7. f. 6.*

Muſcus arboreus pyxoides piloſus. *Loës. pruſs. 171. t. 50.*

Habitat *ubique fere in arboribus*, *præſertim circa* Dornbach, & Burckersdorff.

2. LICHEN foliaceus laciniatus obtuſus glaber: ſupra lacunoſus; ſubtus tomentoſus. *Linn. Sp. pl. 1145. Fl. Suec. 960.*

Lichen foliis oblongis diviſis, ſuperficie reticulato punctata. *Fl. Lapp. 444. Roy. lugdb. 509.*

Lichenoides pulmoneum reticulatum vulgare marginibus peltiferis. *Dill. muſc. 212. t. 29. f. 113.*

Muſcus pulmonarius. *Bauh. pin. 361.*

Pulmonaria. *Fuchs. hiſt. 631. Cam. epit. 783.*

Habitat *in* Quercubus & fagis *antiquis circa* Dornbach, Murobacium, Latifontum, & *alibi.*

3. LICHEN foliaceus erectiuſculus lacunoſus: ſubtus tomentoſus albus. *Linn. Sp. pl. 1147. Fl. Suec. 954.*

Lichen foliis mollibus candicantibus dichotomis, calycibus orbiculatis ſeſſilibus. *Roy. lugdb. 570.*

Lichen cinereus vulgatiſſimus cornua damæ referens. *Vaill. paris. 115. t. 20. f. 11. 12.*

Liche-

Lichenoides cornutum, bronchiale molle subtus incanum. *Dill. musc.* 160. *t.* 21. *f.* 55.

Habitat *in* Prunis spinosis *circa* Leytæpontum *præsertim versus* Lapidicinas Cæsareas.

14. LICHEN scyphifer simplex integerrimus, stipite cylindrico, tuberculis coccineis. *Linn. Sp. pl.* 1151. *Fl. Suec.* 972.

Lichen caule simplici, calyce turbinato margine carnoso colorato prolifero. *Fl. Lapp.* 429. *Roy. lugdb.* 512.

Lichen pyxidatus, oris coccineis & tumentibus. *Vaill. paris.* 115. *t.* 21. *f.* 4. *Mich. gen.* 82. *t.* 41. *f.* 3.

Coralloides scyphiforme, tuberculis coccineis. *Dill. musc.* 82. *t.* 14. *f.* 7.

Habitat *in sylvis vallis* Breininæ, & Burckersdorffensibus, *ac* Grinzingensibus *aliisque.*

15. LICHEN scyphifer simplex crenulatus, tuberculis fuscis. *Linn. Sp. pl.* 1151. *Fl. Suec.* 971.

Lichen caule simplici, calyce turbinato: margine tenui. *Fl. lapp.* 428.

Lichen pyxidatus major. *Tournef. inst.* 549. *t.* 325. *F.D. Vaill. paris.* 115. *t.* 21. *f.* 8. *Mich. gen.* 82. *t.* 41. *f.* 1.

Coralloides scyphiforme, tuberculis fuscis. *Dill. musc.* 79. *t.* 14. *f.* 6.

Habitat *in sylvis cum præcedente*, *præsertim circa* Grinzing, & *in monte* Cecio, *seu* Kalenberg.

16. LICHEN fruticulosus perforatus ramosissimus, ramulis nutantibus. *Linn. Sp. pl.* 1153. *Fl. Suec* 980.

Lichen caule erecto tereti ramosissimo, alis perforatis. *Fl. lapp.* 437.

Coralloides montanum, fruticuli specie ubique candicans. *Dill. musc.* 107. *t.* 16, *f.* 29.

Musco-fungus coralloides montanus ramosissimus cinereus vulgaris. *Moris. hist.* 3. *p.* 633. *s.* 15. *t.* 7. *f.* 9.

Muscus coralloides s. cornutus montanus. *Bauh. pin.* 361.

Muscus corallinus s. corallina montana. *Bauh. hist.* 1198.

Habitat *in alpe* Breinina, & Latifonti *in juniperetis.*

16. LICHEN filamentosus pendulus, ramis implexis scutellis radiatis. *Linn. Sp. pl.* 1154. *Fl. Suec.* 984.

Lichen ramis filiformibus ramosis pendulis confertis. *Fl. lapp.* 457.

Usnea vulgaris, loris longis implexis. *Dill. musc.* 56. *t.* 11. *f.* 1.

Muscus

Muſcus arboreus, usnea officinarum. *Bauh. pin.* 361.
Habitat *paſſim in arboribus ſylvarum umbroſarum, præſertim in* Breininis.

CHARA.

Chara caulibus lævibus, frondibus interne dentatis. *Linn. Sp. pl.* 1156.
Chara vulgaris. *Fl. lapp.* 469. *Fl. Suec.* 992.
Chara vulgaris fœtida. *Vaill. act.* 1719. *p.* 23. *t.* 3. *f.* 1.
Equiſetum fœtidum ſub aqua repens. *Bauh. pin.* 16. *prodr.* 25. *Theatr.* 251. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 731.
Hippuris craſſior. *Hall. Jen. Rupp.* 350.
Habitat Leytæponti *in rivulo* Leyta *minor dicto, alibique in aquis pigris, ſeu ſegnioribus.*

TREMELLA.

Tremella ſeſſilis membranacea auriformis cinerea. *Linn. Sp. pl.* 1157.
Agaricum auriculæ forma. *Mich. gen.* 124. *t.* 66. *f.* 1.
Fungorum pernicioſorum genus I. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 276.
Habitat *paſſim ad arbores putridas præſertim* in Sambuco.
Tremella ſubgloboſa ſeſſilis ſolitaria glabra. *Linn. Sp. pl.* 1158. *Fl. Suec.* 1022.
Lichenoides tuberculoſum amœne purpureum. *Dill. muſc.* 127. *t.* 18. *f.* 6.
Habitat *in ramis arborum moribundis, & emortuis hinc inde, præſertim in pruno ſpinoſa in fruticeto* Gerlhof *inter &* Pezlsdorff *ad ſiniſtram viæ ſito.*

CONFERVA.

Conferva filamentis ſimpliciſſimis æqualibus longiſſimis. *Linn. Sp. pl.* 1164. *Fl. Suec.* 1023.
Conferva capillaris ſimpliciſſima enodis. *Roy. lugdb.* 511.
Conferva fluviatilis ſericea vulgaris, & fluitans. *Dill. muſc.* 12. *t.* 2. *f.* 2.
Habitat *in fluvio* Leyta, *& in rivulo* Steinbachl *dicto* Leytæponti *alibique*
Conferva filamentis æqualibus baſin verſus ramoſioribus. *Linn. Sp. pl.* 1164.

Con-

Conferva rivulorum capillacea, densissime congestis ramulis. *Dill. musc.* 21. *t.* 4. *f.* 15.

Alga in tubulis aquam fontanam ducentibus. *Bauh. pin.* 364.

Habitat *in tubis aquam ad forum* Leytæpontanum *ducentibus alibique in rivulis.*

BYSSUS.

1. BYSSUS filamentis plumosis natantibus. *Linn. Sp. pl.* 1168.

β. Byssus membranacea aquatica. *Fl. lapp.* 529.

Byssus latissima, papyri instar supra aquam expansa. *Dill. musc.* 1.

Habitat *ubique fere in aquis quietis prima æstate.*

2. BYSSUS pulverulenta atra. *Linn. Sp. pl.* 1169. *Fl. Suec.* 1126.

Habitat *copiose in antiquis muris vineas* Leytæpontanas *vulgo die ungarische Setze dictas cingentibus.*

3. BYSSUS pulverulenta sanguinea saxis innascens. *Linn. Sp. pl.* 1169.

Byssus perennis pulverulenta rubra Lapidibus innascens. *Fl. lapp.* 528. *Fl. Suec.* 1125.

Byssus germanica minima saxatilis aurea violæ odorem spirans. *Mich. gen.* 210. *t.* 89. *f.* 3.

Habitat *copiose in montibus* Bohemiam *à* Silesia *distinguentibus vulgo* Riesengebürg, *dictis.*

Hospitabatur *inde una cum lapide allatus in hortulo botanico* Fratris Honorii *apud* FFr. Misericordiæ *in suburbio* Viennensi Leopoldino.

4. BYSSUS pulverulenta flava lignis adnascens. *Dill. musc.* 3. *t.* 1. *f.* 4.

Byssus farinacea flava. *Linn. Sp. pl.* 1169.

Habitat *copiose in* quercubus, & carpinis *circa* Leytæpontum, *sed constanter in ea tantum parte quæ meridiem respicit.*

5. BYSSUS pulverulenta viridis. *Linn. Sp. pl.* 1169.

Byssus botryoides saturate virens. *Raj. angl.* 3. *p.* 5. 6. *Dill. musc.* 3. *t.* 1. *f.* 5.

Habitat Leytæponti *ad canales per quos aquæ sordidæ ex culinis effusæ in plateas fluunt.*

6. BYSSUS pulverulento-crustacea albissima. *Linn. Sp. pl.* 1169.

Byssus candidissima, calcis instar muscos vestiens. *Dill. musc.* 2. *t.* 1. *f.* 2.

Habitat *in corticibus arborum, præsertim* Cerasorum, & ulmorum *circa* Leytæpontum.

FUN

FVNGI.

AGARICVS.

AGARICVS ſtipitatus, lamellis ramoſis decurrentibus. *Linn. Sp. pl.* 1171. *Fl. Suec.* 1049.

Agaricus cauleſcens fulvus, pileo concavo: margine reflexo, lamellis erectis, ſtipite breviſſimo. *Fl. lapp.* 493.

Fungus minimus flaveſcens infundibuliformis. *Bauh. pin.* 373. *Vaill. paris. t.* 11. *f.* 9. 10.

Habitat *in ſylvula dicta* Gatterhölzl, *alibique.*

AGARICVS ſtipitatus, pileo teſtaceo ſucco luteſcente. *Linn. Sp. pl.* 1172.

Amanita lateritii coloris, croteo ſucco turgens. *Dill. giſſ.* 179.

Fungus pernicioſus, lateritio colore varians, ſuccum acrem & croceum fundens. *Mich. gen.* 141. *Hall. helv.* 49.

Habitat *in ſylvis ſparſim, præſertim in* Fiſchamentenſibus.

AGARICVS ſtipitatus, pileo plano carneo lactaſcente, lamellis ruffis, ſtipite longo carneo. *Linn. Sp. pl.* 1172. *Fl. lapp.* 484.

Fungus flavo ruffus in medio depreſſus, lacte non acri manans. *Hall. helv.* 50.

Habitat *in ſylvis* Leytæpontanis, Latifontanis, Vindenſibus, *aliisque.*

AGARICVS ſtipitatus, pileo planiuſculo lacteſcente: margine deflexo, lamellis incarnato-pallidis. *Linn. Sp. pl.* 1173. *Fl. Suec.* 1035.

Fungus piperatus albus craſſus, lacteo ſucco turgens. *Mich. gen.* 141. *Hall helv.* 34 *n.* 1.

Fungus albus acris *Bauh. pin* 371.

Habitat *in paſcuis, & ſylvis, præſertim circa* Dornbach.

AGARICVS ſtipitatus, pileo flavo convexo, lamellis albis. *Linn. Sp. pl.* 1173. *Fl. Suec.* 1052.

Agaricus cauleſcens, pileo plano ſulphureo, lamellis albis, ſtipite craſſiuſculo. *Fl. lapp.* 496.

Fungus orbicularis exalbidus pratenſis. *Bauh. pin.* 370. *Hall. helv.* 38.

Fungus divi Georgii, coloris exalbidi cum pauca flavitie, eſculenti pratenſis I. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 824.

Fun-

Fungus croceus magnus. *Sterb. fung.* 63. *t.* 11. *f.* 3.
Habitat *in locis apricis sylvarum fere omnium.*

6. AGARICVS ſtipitatus, pileo campanulato lacero, lamellis nigris lateraliter flexuoſus, ſtipite fiſtuloſo. *Linn. Sp. pl.* 1174.
Agaricus cauleſcens pileo conico cinereo, lamellis nigris: margine lacero, ſtipite longiſſimo albo. *Fl. lapp.* 503. *Fl. Suec.* 1036.
Fungus comatus. *Sterb. fung.* 218. *t.* 22. *F. I. K. L.*
Fungus albus ovum referens. *Buxb. cent.* 4. *p.* 16. *t.* 27. *f.* 1.
Fungorum pernicioſorum genus 16. Spec. 3. *Clus. hiſt.* 2. *p.* 282.
Habitat *in fimetis horti oleracei* ad Excellentiſſimum Comitem, Erneſtum ab Harrach *Spectantis* Leytæponti.

7. AGARICVS acaulis, lamellis labyrinthiformibus. *Linn. Sp. pl.* 1176. *Fl. Suec.* 1082.
Agaricus villoſus, lamellis ſinuoſis & invicem implexis. *Buxb. cent.* 5. *t.* 4. *f.* 1.
Agarico-fungus lamellis craſſiſſimis rigidis. *Hall. helv.* 57.
Habitat *in* quercubus, *præſertim in ſylvis* Breininis.

8. AGARICVS acaulis, lamellis pectiniformibus.
Agaricus coriaceus longiſſimus, pectinatim inferne diviſus. *Raj. Syn. Brit. edit.* 3. *p.* 25. §. 26. *t.* 1. *f.* 5.
Habitabat *in trabe quercina, ad ripam horti* Leytæpontani Excellentiſſimi Comitis Erneſti ab Harrach *contra tumentis fluvii impetum defendendam illuc poſita, variſſimus iſte fungus.*

BOLETVS.

1, BOLETVS acaulis: faſciis dicoloribus poris albis. *Linn. Sp. pl.* 1176.
Agarico-polyporus verſicoloribus lineis varius, poris albis tenuiſſimis. *Hall. helv.* 26.
Habitat *ad truncos* carpini, quercus, ulmi, & *aliarum arborum antiquarum circa* Leytæpontum.

2. BOLETVS ſtipitatus perennis, pileo utrinque planiuſculo. *Linn. Sp. pl.* 1177.
Boletus cauleſcens, pileo utrinque planiuſculo, perennis. *Fl. lapp.* 519. *Fl. Suec.* 1086.
Fungus lignoſus faſciatus. *Vaill. paris. t.* 12. *f.* 7.
Habitat *in ſylvarum caudicibus putridis, & conſumtis præſertim circa* Leytæpontum.

De-

Descriptio. Pileus *in nostro utrinque planiusculus irregularis centro tamen utrinque in maturo prominulo: figura Vaillantiana duplo major:* Superne *sanguineus fasciis seu sulcis 8. vel 9. pluribusque exornatus:* inferne *testaceus poris oculo nudo vix visibilibus; margine rubro.* Petiolus *fuscus ultimam phalangem digiti auricularis, vel primam remigum tardæ crassitie, longitudine vero digitum indicem viri majoris æquans.* Hic *ut alii stipitati non fugax est, sed per integrum annum durat rigidus, & lignosus; Hinc Boleti in* Flora Lapponica *descripti n. 519. varietas solum.*

PHALLUS.

. PHALLUS pileo ovato, stipite nudo rugoso. *Linn. Sp. pl. 1178. Fl. Suec. 1102.*

Phallus petiolo nudo, pileo subtus undique annexo. *Hort. Cliff. 379. Roy. lugdb. 517.*

Boletus esculentus rugosus albicans, quasi fuligine infertus. *Tournef. inst. 561. t. 329. f. A.*

Boletus esculentus rugosus 1. 2. 3. *Mich. gen. 203. t. 85. f. 1. 2.*

Fungi esculenti species tres. *Clus. hist. 2. p. 164.*

Habitat *in sylvis passim circa* Leytæpontum, *&* Latifontum.

Observatio, *qui sub* Quercubus *habitat nigrescit, qui sub* Cerasis *flavescit.*

ELVELA.

. ELVELA acaulis. *Linn. Sp. pl. 1180.*

Agaricus utrinque planiusculus. *Fl. Lapp. 517.*

Habitat *in pinis vallis* Breininæ.

PEZIZA.

. PEZIZA campanulata lentifera. *Linn. Sp. pl. 1180.*

Peziza calyce campanulato. *Hort. Cliff. 479. Roy. lugdb. 518.*

Peziza calyciformis lentifera lævis. *Dill. giss. 195. Fl. Suec. 1109.*

Cyathoides cyathiforme cinereum & veluti sericeum. *Mich. gen. 222. t. 102. f. 1.*

Fungoides infundibuli forma, semine fœtum. *Vaill. paris. 56. t. 11. f. 6. 7.*

Fungus pyxoides seminifer. *Loes. pruss. 98.*
Habitat Leytæponti *in pratis ad hortum phasianorum pagum* Bachfurt *versus sitis.*

CLAVARIA.

1. CLAVARIA ramis confertis ramosissimis inæqualibus. *Linn. Sp. pl. 1182. Fl. Suec. 1106.*
Clavaria ramosissima. *Roy. lugdb. 518.*
Corallo-fungus flavus. *Vaill. paris. 41. t. 8. f. 4.*
Coralloides flava & albida. *Tournef. inst. 564. t. 332. f. B.*
Barba caprina. *Sterb. fung. 96. 97. t. 11. f. A. B. C. D.*
Habitat *in sylvis opacis inter muscos frequens, præsertim circa* Leytæpontum, *&* Latifontum *sub corylis.*

LYCOPERDON.

1. LYCOPERDON solidum muricatum, radice destitutum. *Linn. Sp. pl. 1183.*
Lycoperdon solidum. *Fl. Lapp. 526. Fl. Suec. 1116. Roy. lugdb. 519.*
Tuber brumale, pulpa obscura odorata. *Mich. gen. 221. t. 164.*
Tuber. *Math. Diosc. 544. Mich. gen. 221. t. 102.*
Habitat *sub terra circa* Mannersdorff, Latifontum, Ladendorff, *&* *alibi rarius.*

2. LYCOPERDON subrotundum: lacerato dehiscens. *Linn. Sp. pl. 1183. Fl. Lapp. 525. Fl. Suec. 1115.*
Lycoperdon vulgare. *Tournef. inst. 563.*
Fungus maximus rotundus pulverulentus, dictus germanis Bofist. *Bauh. hist. 3. p. 848.*
Habitat *in campis, præsertim* Leytæponti *in pascuis ad laniones pertinentibus vulgo Sallasch dictis.*

3. LYCOPERDON stipite longo, capitulo globoso glabro: ore cylindrico integerrimo. *Linn. Sp. pl. 1184. Fl. Suec. 1112. Roy. lugdb. 519. Hall. helv. 12.*
Lycoperdon parisiense minimum pediculo donatum. *Tournef. inst. 563. t. 331. f. E. F.*
Fungus pulverulentus minimus, pediculo longo insidens. *Raj. angl. 3. p. 27.*
Habitat *in valle* Döblingensi, *in vinearumque aggeribus ibidem, &* *alibi.*

MV-

MUCOR.

1. MUCOR ſeta nigra, villo fuſco. *Linn. Sp. pl. 1185.*
Embolus ſeta nigra villo fuſco. *Fl. Suec. 1136.*
Embolus nigerrimus villo albo adſperſus. *Hall. helv. 1. t. 1. f. 1.*
Habitat *in lignis putridis hinc inde.*

2. MUCOR ſtipitatus, capſula globoſa. *Linn. Sp. pl. 1185.*
Mucor filamentis granulatis fugacibus putreſcentibus innatus. *Fl. Lapp. 534. Fl. Suec. 1119. Roy. Lugdb. 520.*
Mucor vulgaris capitulo lucido per maturitatem nigro, pediculo griſeo. *Mich. gen. 215. t. 95. f. 1.*
Habitat *in variis putridis, præſertim in* pane.



ANIMALIVM CLASSIS I.

QVADRVPEDIA.

ANTHROPOMORPHA.

HOMO.

I. HOMINES inhabitantes Auſtriam, cum tam oculorum iridibus cinereis, cinereo-cæruleſcentibus, cæruleis, fuſcis, nigricantibusque; ac capillis albidis, flavis, rufis, nigrisve; prolixis & calamiſtratis, brevibus & longis: corporeque proceriore, toroſo, macro, & parvo reperiantur; illorum varietates ſecundarias recenſere: tam ob adeo diverſas nationes, quæ Auſtriam olim inhabitarunt, vel transmigrarunt, quam propter hodiernum omnium fere in Auſtriam vicinarum nationum confluxum non ſolum impoſſibile, ſed & phyſico,cui pallidum quamquam alias in Europa phlegma Africam pariter tamen ac reliqua temperamenta inhabitare notum eſt, illicitum foret. Siquidem ſub judice adhuc lis eſt, an iridum capillorumque color & figura a temperamento (per quod rhythmum perpetuum & conſtantem ſolida inter & fluida, ac ex his dependentes motus intelligo) an ab avis, elevationeque poli ſeu climate dependeant: quemadmodum inter philoſophos adhuc litigatur an variarum nationum diverſæ conſuetudines, vitia & virtutes educationi & vivendi modo, an temperamento in his provinciis prædominante debeant adſcribi, certum enim eſt horum qui in frigidioribus regionibus vivunt irides cæruleſcere magis, capillos magis albeſcere, calidiores vero mundi plagas inhabitantium irides capillosve magis nigreſcere: ſed pariter certum eſt iridum cæruleum, capillorumque colorem album phlegmatico temperamento, nigrum melancholico in Europa magis proprium eſſe. Quemadmodum æque conſtat in Septentrione pariter ac in Africa homines hilares & inconſtantes: iracundos, & ſuperbos: ad negotia ſuſcipienda aptos, in hisque peragendis indefeſſos, ſed meticuloſos: manſuetosve & pigros reperiri; Phlegmaticos vero pigros & ignavos (de ſimplicibus temperamentis loquor) Cholericos iracundos & ſuperbos: Sangui-

guineos hilares & in conſtantes: Melancholicos ſuſpicioſos & timidos, ſed in negotiis peragendis indefeſſos eſſe. Nam ex phlegmaticorum fibra flaccida, maſſa humorum pituitoſa motus ſegnius procedunt. Sanguineorum fibra mollis quidem ſed attamen ſufficiente robore donata, humores fluxiles non tamen pituitoſi, motus facilitant. Cholericorum humores quidem ſatis fluxiles, ſed phlogiſtici, fibræ vero ſtrictæ, & robuſtæ faciunt motus ſat bene quidem procedere, levi tamen ex cauſa in violentos abire. Melancholicorum humores ſpiſſi, & terreſtres, fibræ ſiccæ, motus quidem retardant, vi vitæ tamen ſuperatis obſtaculis eosdem conſtantes, & in hoc temperamento præ cæteris æquales reddunt. Motus autem vitales, cum animales pariter adæquent, tanta mores inter & oeconomiam animalem ſimilitudo oriri videtur. Sic experientia quoque docet in Gallia ſanguineum, in Italia melancholicum, in Hungaria cholericum, alibi phlegmaticum temperamentum præ cæteris obſervari. Unde ſi ſeria reflexione inſtituta præter dicta phlegmaticorum tardum & hebes, ſanguineorum volubile, ac docile, cholericorum audax & promptum, melancholicorum acre, & meditabundum perpendis ingenium, & exinde pullulantes virtutes, ac vitia annotaveris, hæſitabis an animi mores ex corporis fabrica, & nutriendi modo fluere, an corporis ſtructuram, cujus robur mechanicos labores, debilitas præmatura ſtudia ſequitur, ab animo dependere cenſendum; an iridis capillorumque color progeniei, an elevationi poli, ſeu climati, an temperamento prædominanti, an his omnibus adſcribendus.

Hominis autem varietates primariæ, quæ in Auſtria obſervantur ſunt.

α. Europæus albus. *Linn. Syſt. natur. 3.*

Habitat *ubique in* Civitatibus, oppidis, pagis.

β. Aſiaticus fuſcus. *Linn. Syſt. natur. 3.*

Hoſpitatur Viennæ *potiſſimum merces Orientales adſerens, & venum dans.*

γ. Africanus niger. *Linn. Syſt. natur. 3.*

Hoſpitatur *hinc inde in* aulis magnatum.

SIMIA.

SIMIA ecaudata ſubtus glabra. *Linn. Syſt. natur. 3. Tulp. obſ. t. 271. Pont. ind. 85.*

 Au-

Auſtriacis Wald-Teufel.

Hoſpitabatur *olim in vivario* S. P. Eugenii Viennæ.

2. SIMIA ecaudata clunibus tuberoſis. *Linn. Syſt. natur. edit. Lipſ. 1748. ſecundum 6. Stockholmienſem, quam & in poſterum intelligo, niſi editio expreſſe alia notetur.*

Auſtr. Affe.

Hoſpitabatur *ibidem, & adhuc in domibus curioſorum.*

3. SIMIA ecaudata rufo-nigricans, *Alp. Ægypt. 242. t. 20. f. 16. Linn. Syſt. natur. 3.*

Hoſpitabatur *olim cum aliis hujus generis rariſſimis ſpeciebus in vivario* S. P. Eugenii.

4. SIMIA ſemicaudata, maxilla inferiore barbata, vertice ſetis erectis mitram referentibus obſito, unguibus acutis.

an Simia ſemicaudata, ore vibriſſato, unguibus acutis. *Linn. Syſt. natur. 3. n. 5.?*

Auſtr. Choras.

5. SIMIA caudata, ore ciliisque vibrizatis. *Pet. gaz. t. 13. f. 11. Linn. Syſt. natur. 3.*

Auſtr. Meerkatze.

Hoſpitabatur *ibidem, & adhuc in domibus curioſorum.* Victitant *omnes ſpecies fructibus. An choras etiam carnibus?*

FERÆ.

VRSVS.

1. VRSVS cauda abrupta. *Linn. Syſt. natur. 4.*

Urſus. *Geſn. quadr. 14. Jonſt. quadr. 125. t. 55. Raj. quadr. 171.*

Urſus. *Aldr. digit. 117.*

Auſtr. Bär.

Habitat *in* Schneeberg, *alpe* Breinina, *aliisque montibus* Styriæ, & Auſtriæ *ſuperiori vicinis.*

Victitat *fructibus, carne.*

FELIS.

1. FELIS cauda elongata floccoſa, thorace jubato. *Linn. Syſt. natur. 4.*

Leo. *Linn. Syſt. natur. edit. Stockholm. 2. p. 35. n. 6.*

Auſtr. Löwe.

Hoſpitabatur *olim in vivario* S. P. Eugenii, & *in Amphitheatro* Viennenſi.

Victitat *carnibus.*

2. Fe-

2. Felis cauda elongata, maculis virgatis. *Linn. Syst. natur. 4.*
Tigris. *Raj. quadr. 165.*
Austr. Tieger.
Hospitabatur *ibidem.* Victitat *carnibus.*

3. Felis cauda elongata, maculis superioribus orbiculatis, inferioribus virgatis. *Linn. Syst. natur. 4.*
Pardalis. *Raj. quadr. 166.*
Pardus mas. Panthera femina. *Alp. Ægypt. 237. t. 15. f. 2.*
Austr. Leopart, Pantherthier.
Hospitabatur *ibidem.* Victitat *carnibus.*

. Felis cauda elongata, auribus æqualibus. *Linn. Syst. natur. 4.*
Felis vulgo catus. *Gesn. quadr. 98.*
Felis. *Aldr. digit. 564.*
Felis domestica. *Jonst. quadr. 180. t. 72.*
Austr. Wildkatze, *& cicurata.* Einheimische Katze.
Habitat *in omnibus fere sylvis præsertim montanis.*
Victitat *volatilibus, piscibus, quadrupedibus, & cicurata etiam farinaceis.*

. Felis cauda truncata, corpore rufescente maculato. *Linn. Syst. natur. 4. Fl. Suec. 4.*
Lynx. *Aldr. digit. 90. Jonst. quadr. t. 71. Raj. quadr. 166.*
Lupus cervarius. *Gesn. quadr. 155.*
Austr. Lux.
Habitat *in sylvis montanis præsertim in illis retro campum* Liliaceum *vulgo* Lilienfeld *sitis; ac* Styriæ *vicinis.*
Victitat *quadrupedum, & præsertim* cervorum sanguine, *quem ex carotidibus sugit, raro vel nunquam animalia mactata devorat in libertate vivens. In duas a venatoribus varietates distinguitur, quæ albescit magis sylvestris* Waldlux, *altera vero minor, & magis rufescens, atque ferocior: montana seu* Steinlux, *dicitur.*

MVSTELA.

Mvstela rufo-fusca: medio dorsi nigro. *Linn. Syst. natur. 5. Fn. Suec. 6.*
Gulo. *Scheff. Lapp. 339.*
Austr. Vielfraß.
Hospitabatur *olim in vivario* S. P. Eugenii Viennæ.
Victitat *carnibus.*

Mvstela fulvo-nigricans, gula pallida. *Linn. Syst. natur. 5. Fn. Suec. 7.*
Martes. *Gesn. quadr. 151. Jonst. quadr. t. 64.*

Martes aliis Foyna. *Raj. quadr. 200.*
Auftr. Mader, Marder.
Habitat *in sylvis, civitatibus, & pagis.*
Venatores *duas varietates statuunt, unam nigricantem gula flava,* Edlmader, *quæ sylvas inhabitat, alteram fulvam magis gula pallida* Steinmader, *quæ murorum, & granariorum incola est. Hujus speciei mustelam albam oculis rubris in suburbio* Viennensi *extra portam Scottensem ad Ecclesiam* PP. Trinitariorum *captam vidi.* Victitat *volatilibus ovis.*

3. MVSTELA flavescente nigricans, ore albo, collari flavescente. *Linn. Syst. natur. 5. Fn. Suec. 8.*
Mustela sylvestris viverra dicta. *Raj. quard. 201.*
Putorius. Raj. quadr. 199. *Jonst. quadr. 155. t. 64.*
Auftr. Iltess.
Habitat *in horreis, ac sylvis: Hæc nigricat, illa flavet.*
Victitat *volatilibus ovis.*

4. MVSTELA caudæ apice atro. *Linn. Syst. natur. 5. Fn. Suec. 9.*
Mustela. *Gesn. quadr. 149.*
Mustela vulgaris. *Aldr. quadr. 307. Jonst. quadr. t. 74. Raj. quadr. 195.*
β. Mustela candida s. animal Ermineum recentiorum. *Raj. quadr. 198.*
Auftr. Wiesel.
Habitat *in sylvis, campis, horreis, & columbariis. β. rufæ vulgaris varietas minus quidem frequens non tamen rara ibidem.*
Victitat *volatilibus, ovis.*

L V T R A.

1. LVTRA digitis æqualibus. *Linn. Syst. natur. 5.*
Lutra digitis omnibus æqualibus. *Fn. Suec. 10.*
Lutra. *Bellon. aquat. 31. t. 32. Gesn. ichth. 515. Aldr. quadr. 294. Jonst. quadr. 104. Raj. quadr. 187.*
Auftr. Fisch-Otter.
Habitat *in fluviis, lacubus, & piscinis.* Victitat *piscibus.*

C A N I S.

1. CANIS cauda recurva. *Fn. Suec. 12.*
Canis. *Aldr. quadr. 482. Jonst. quadr. 122.*
Canis socius & fidelis. *Gesn. quadr. 91.*
Canis oicurus, domesticus s. socius. *Raj. quadr. 177.*
Auftr. Hund.
Habitat *in domibus ubique.*
Victitat *carnibus, farinaceis, fructibus.*

2. CA-

. CANIS cauda incurva. *Linn. Syst. nat. 5. Fn. Suec. 13.*
Canis cauda recta corpore breviore. *Linn. Syst. natur. edit. Stockh. 2da. p. 36.*
Lupus. *Aldr. quadr. 144. Jonst. quadr. 89. Raj. quadr. 173.*
Austr. Wolf.
Habitat *in sylvis majoribus, & inter arundines præsertim circa lacum* Nischiteriensem. *Quare duplex a venatoribus varietas recensetur: quæ inter arundines corpore quidem minor, & magis grisea, ferocior tamen* Rohrwolf *nuncupatur.*
Victitat *carnibus potissimum.*

. CANIS pilis cervicis erectis longioribus. *Linn. Syst. natur. 5.*
Hyæna s. Taxus porcinus. *Kæmpf. 407. f. 4.*
Austr. Indianischer Wolf.
Hospitabatur *olim in vivario* S. P. Eugenii Viennæ.
Victitabat *carnibus.*
Observatio. *Pili quoque in dorso erecti, rigidi, longissimi.*

. CANIS cauda erecta. *Linn. Syst. natur. 5. Fn. Suec. 14.*
Canis cauda erecta longitudine corporis. *Linn. Syst. natur. edit. Stockh. 2. p. 36.*
Vulpes. *Gesn. quadr. 55. Aldr. quadr. 195. Jonst. quadr. t. 56. Rai. quadr. 177.*
Austr. Fuchs.
Habitat *in montibus, & sylvis ubique secundum ætatem, sexum, vehementius, remissiusque hyemale tempus colore varians. Unde & caudæ extremitas in adultis nigra, in junioribus unicolor, in his qui in alpibus tegunt hyberno tempore dum planitiem petunt, sæpius alba.* Victitat *carnibus, fructibus.*

MELES.

. MELES unguibus anticis longissimis. *Linn. Syst. natur. 6. Fn. Suec. 15.*
Meles. *Gesn. quadr. 686.*
Taxus. *Aldr. quadr. 264. Jonst. quadr. t. 64.*
Taxus seu Meles. *Rai. quadr. 185.*
Austr. Dachs.
Habitat *ubique fere in sylvis depressis lapidosis, & circa vineas.*
Victitat *potissimum fructibus.*

ERINACEVS.

ERINACEVS auriculatus. *Linn. Syst. natur. 6.*
Erinaceus spinosus auriculatus. *Fn. Suec. 16.*
Erinaceus. *Jonst. quadr. 119. t. 68.*
Echinus s. Erinaceus terrestris. *Rai. quadr. 231.*

Echinus terreſtris. *Geſn. quadr. 368. Aldr. quadr. 459.*
Auſtr. Igel.
Habitat *ubique in ſylvis, campis, & ad ſepes.*
Victitat *muribus, ſcarabæis, aſtacis, fructibus. Duas venatores varietates numerant, unam ore ſuillo.* Sauigl, *alteram canino* Hundsigl.

TALPA.

1. TALPA caudata. *Linn. Syſt. natur. 7. Fn. Suec. 17.*
Talpa. *Geſn. quadr. 931. Aldr. quadr. 451. Jonſt. quadr. 118. Raj. quadr. 236.*
Auſtr. Scheer, Scheermauß, Maulwurf.
Habitat *ſub terra in pratis, agris, hortis.*
Victitat *lumbricis.*

VESPERTILIO.

1. VESPERTILIO caudatus, ore naſoque ſimplici. *Linn. Syſt. natur. 7. Fn. Suec. 18.*
Veſpertilio. *Bellon. av. 147. Geſn. av. 694 Aldr. orn. 1. p. 571. Jonſt. av. 34. Raj. quadr. 243.*
Auſtr. Fledermauß.
Habitat *in cavis arboribus, turribus, cavernis, ac murorum rimis.* Victitat *phalænis.*

GLIRES.

HYSTRIX.

1. HYSTRIX manibus tetradactylis, plantis pentadactylis, capite criſtato. *Linn. Syſt. natur. 9.*
Hyſtrix. *Rai. quadr. 206.*
Auſtr. Stachl-Schwein.
Hoſpitabatur *olim in vivario* S. P. Eugenii Viennæ.
Victitat - - - - -

SCIVRVS.

1. SCIVRVS palmis ſolis ſaliens. *Linn. Syſt. natur. 9. Fn. Suec. 21.*
Sciurus. *Geſn. quadr. 13. Jonſt. quadr. t. 66.*
Sciurus vulgaris. *Raj. quadr. 214.*
Auſtr. Eichhorn, Eichkatzl.
Habitat *ubique fere in ſylvis potiſſimum tamen in quercubus, pinis, juglande, colore rufo, fuſco, & nigro varians.*
Victitat *fructibus.*

2. SCIV-

2. SCIVRVS hypochondriis prolixis volitans. *Linn. Syst. natur. 9. Fn. Suec. 22.*
Austr. fliegendes Eichkatzl.
Hospitabatur *olim in vivario* S. P. Eugenii Viennæ.
Victitat *fructibus.*

LEPVS.

1. LEPVS cauda nulla. *Linn. Syst. 9.*
Cuniculus brasiliensis Tapeti dictus. *Raj. quadr. 205.*
Austr. Meerschwein, Meerfarkl.
Hospitatur *passim in domibus.*
Victitat *oleraceis, graminibus.*

2. LEPVS cauda abrupta, pupillis atris. *Linn. Syst. natur. 9. Fn. Suec. 19.*
Lepus. *Gesn. quadr. 69. Aldr. quadr. 247. Jonst. quadr. t. 65. Raj. quadr. 204.*
Austr. Hase, Feldhase.
Habitat *in sylvis, campis, vineis.*
Victitat *oleraceis, graminibus, avena.*
Duplex *ejus varietas occurrit, vulgaris, qua omnes fere campi austriaci abundant, magis rufescit, nec hyeme colorem mutat, alia vero, quæ hyeme tota albet, nec æstivo tempore rufescit, sed pallidior, & magis grisea est, in locis montanis* Styriæ *vicinis subinde reperitur* Dresdæ *autem in* Saxonia *vulgaris.*

3. LEPVS cauda abrupta, pupillis rubris. *Linn. Syst. nat. 9.*
Lepus cauda brevissima, pupillis rubris. *Fn. Suec. 20.*
Cuniculus. *Gesn. quadr. 72. Aldr. quadr. 382. Jonst. quadr. t. 65. Raj. quadr. 205.*
Austr. Künigelhase, Kaninichen.
Habitat *in cavernis in monticulo regio* Enzersdorffensi *& circa* Simering & Schwandorff, *adhuc: olim passim nunc autem ob causata in vineis, agrisve, & hortis damna extirpatus. Ubique fere in domibus, albi, rufi, grisei & nigri coloris quorum ultimorum pupilla atra est.*
Victitat *oleraceis, graminibus.*

CASTOR.

1. CASTOR cauda ovata plana. *Linn. Syst. natur. 10. Fn. Suec. 23.*
Castor. *Gesn. ichth. 185. Jonst. ichth. t. 68.*
Castor s. Fiber. *Raj. quadr. 209.*
Austr. Biber.
Habitat *in fluviis rarius. Ad peninsulam tamen* Fischamenten-sem

sem majorem domicilium construxisse reperivi, dum plures populi, & alni ramos derosos, ac cortice exutos, una cum castoris vestigiis ad ripam danubii *observavi. Anno 1712. copiose reperiebatur* Ebenfurti *versus pontem vulgo* die Wasen-Brucke *in fluvio* Leyta.

Victitat *corticibus populi, alni, sorbi &c.*

M V S.

1. Mvs cauda brevi, corpore nigro fusco, abdomine cinerascente. *Linn. Syst. natur. 10.*
   Mus agrestis, capite grandi, brachyuros. *Raj. quadr. 218.*
   Austr. Erdzeisl.
   Habitat *sub terra in pascuis, & in agris.* Victitat *granis.*
2. Mvs cauda longa pilosa, auribus subrotundis vellere brevioribus. *Linn. Syst. natur. 10. Fn. Suec. 29.*
   Austr. Wassermauß.
   Habitat *circa* Leytæpontum, *sub terra, & in aquis, unde a piscatoribus sæpius capitur.* Victitat *corticibus radicum diversarum arborum: hinc hortulanis adeo exosus.*
3. Mvs cauda longa subnuda, corpore fusco cinerascente. *Linn. Syst. natur. 10. Fn. Suec. 28.*
   Mus domesticus major. *Gesn. quadr. 109.*
   Mus domesticus major seu Rattus. *Raj. quadr.*
   Glires. *Jonst. quadr. t. 66.*
   Austr. Ratze.
   Habitat *in cellis, horreis, & stabulis.*
   Victitat *granis, carnibus, oleraceis, fructibus.*
4. Mvs cauda longa corpore nigro flavescente, abdomine albo. *Linn. Syst. natur. 10. Fn. Suec. 30.*
   Mus domesticus medius. *Raj. quadr. 218.*
   Austr. Mauß mit weissen Bauch.
   Habitat *in pagis, hortis, & sylvis alias minus frequens sed anno 1753. ubique in campis, & hortis circa* Leytæpontum *reperiebatur.* Victitat *granis, oleraceis, fructibus, corticibus ficus. An carne?*
5. Mus cauda nudiuscula, corpore cinereo fusco, abdomine subalbescente. *Linn. Syst. natur. 10. Fn. Suec. 31.*
   Mus domesticus vulgaris s. minor. *Raj. quadr. 218.*
   Austr. Mauß, *& dum in campis tegit* Feldmauß.
   Habitat *ubique in domibus, horreis, campis, & sylvis.*
   Victitat *granis, glandibus, carne corticibus ficus &c.*
   Variat *corpore albo pupillis rubris.*

6. Mvs

6. MVS cauda pilosa elongata, corpore rufo, gula albicante. *Linn. Syst. natur. 10. Fn. Suec. 32.*
Mus avellanarum minor. *Raj. quadr. 220.*
Austr. rothe Waldmauß.
Habitat *in sylvis, præsertim in sylva Dornbacensi frequens.*
Victitat *glandibus.*

7. MVS cauda elongata, corpore cinereo rutilo nigroque longitudinaliter vario. *Linn. Syst. natur. 10.*
Cricetus. *Raj. quadr. 221.*
Austr. Krietsch, Hamster.
Habitat *in campis, & in marginibus agrorum passim.*
Victitat *granis fructibus, gramine.*

8. MVS cauda elongata nuda, corpore rufo. *Linn. Syst. natur. 10.*
Mus alpinus. *Raj. quadr. 221.*
Austr. Murmelthier.
Hospitatur *subinde* Viennæ *ex* Carniola, Carinthia, & Tirole *allatus.*
Victitat *oleraceis, fructibus.*

SOREX.

1. SOREX. *Linn. Syst. natur. 10. Fn. Suec. 33.*
Mus araneus. *Gesn. quadr. 747. Aldr. quadr. 441. Jonst. quadr. t. 66. Raj. quadr. 239.*
Austr. Spitzmauß.
Habitat *in sylvis, & cavernis passim, præsertim in valle* Breinina.
Victitat - - - - -

JVMENTA.

RHINOCEROS.

1. RHINOCEROS cornu unico conico. *Linn. Syst. natur. 11.*
Austr. Rhinoceros.
Hospitabatur 1750. & 1751. *a batavo allatus* Viennæ.
Victitabat *fœno, pane.*

EQVVS.

1. EQVVS cauda undique setosa. *Linn. Syst. natur. 11. Fn. Suec. 34.*
Equus, Caballus, Equa. *Gesn. quadr. 132.*
Equus, Aldr. *quadr. 12. Raj. quadr. 62.*
Austr. Pferd.
Habitat *ubique in Civitatibus, oppidis, & pagis.*

Di-

Diversæ *ejus sunt varietates secundum provincias ex quibus primo allatæ.*
Victitat *granis, graminibus, fœno.*

2. EQVVS cauda extrema setosa. *Linn. Syst. natur. 11. Fn. Suec. 35.*
Asinus. *Gesn. quadr. 40. Aldr. quadr. 295. Jonst. quadr. 12. t. 6. Raj. quadr 63.*
Austr. Esel.
β. Mulus. *Raj. quadr. 64.*
Austr. Maulthier, Maulesel.
Habitat *in pagis, β. in magnatum prædiis, Equæ, & Asini sexu quidem distincta, sed sterilis progenies.*
Victitat *granis, fœno, carduis. &c.*

S V S.

1. SVS dorso antice setoso, cauda pilosa. *Linn. Syst. natur. 12. Fn. Suec. 36.*
Aper. Gesn. *quadr. 146. Aldr. bisulc. 1013. Jonst. quadr. 96.*
Austr. Wildschwein, Wildsau.
β. Sus. *Aldr. bisulc. 937. Jonst. quadr. 47. Gesn. quadr. 872.*
Sus s. Porcus domesticus. *Raj. quadr. 92.*
Austr. gemeines Schwein, einheimische Sau.
Habitat *ubique in sylvis, præsertim in insulis* danubialibus, & *ad ripam ejus sitis. β. ubique ab œconomis alitur.*
Variat *β.* I. *auribus parvis acutis antice porrectis, secundo magnis largis semidependentibus &c.*
Observatio *an* Aper *à* Porco *domestico specie differt propter setarum profundiorem radicationem, lardique absentiam bini integumentorum communium diversam structuram?*
Victitat *granis, glandibus, pomis, herbis, radicibus, carnibus, piscibus.*

P E C O R A.

C A M E L V S.

1. CAMELVS topho dorsi unico. *Linn. Syst. natur. 13.*
Camelus unico in dorso gibbo. *Raj. quadr. 143.*
Austr. Kamel.
Hospitabatur Viennæ *à nuntio turcico 1740. allatus.*
Victitabat *granis, fœno, gramine, frondibus.*

2. CAMELVS tophis dorsi duobus. *Linn. Syst. natur. 13.*
Austr. Dramplthier.
Hospitatur *in vivario* Augustissimi nostri Imperatoris Bellifonti. Victitat *iisdem.*

CER

CERVVS.

1. CERVVS cornibus ramosis teretibus incurvis. *Linn. Syst. natur. 13. Fn. Suec. 38.*
   Cervus. *Gesn. quadr. 79. Jonst. quadr. t. 31. Raj. quadr. 84.*
   Austr. Hirsch.
   Habitat *ubique in sylvis.*
   Victitat *graminibus, oleraceis, rapis; hyeme fœno, corticibus, & gemmis arborum.*
2. CERVVS cornibus ramosis teretibus: summitatibus palmatis. *Linn. Syst. natur. 13. Fn. Suec. 40.*
   Rangifer. *Gesn. quadr. 130.*
   Tarandus. *Aldr. bisulc. 859.*
   Cervus palmatus. *Jonst. quadr. t. 37.*
   Cervus Rangifer. *Raj. quadr. 88.*
   Austr. Rennthier.
   Hospitabatur *olim in vivario* S. P. Eugenii, *ex* Moscovia *in donum missus.*
   Victitabat *gramine muscis: in* Lapponia *teste* celeberrimo Linnæo *per hyemem Lichenibus.*
3. CERVVS cornibus ramosis compressis: summitatibus palmatis: *Linn. Syst. natur. 13. Fn. Suec. 40.*
   Cervus platyceros. *Raj. quadr. 85.*
   Dama vulgaris platyceros. *Gesn. quadr. 84.*
   Dama. *Aldr. bisulc. 741. Jonst. belg. 31.*
   Austr. Dendl, Tannhirsch, Damhirsch.
   Habitat *in vivariis magnatum passim.*
   Victitat *graminibus, oleraceis, frondibus.*
4. CERVVS cornibus ramosis teretibus erectis. *Linn. Syst. natur. 13.*
   Capra, Capreolus, s. Dorcas. *Gesn. quadr. 64.*
   Caprea plinii, Capreolus. *Aldr. quadr. 738. Raj. quadr. 89.*
   Austr. Reh.
   Habitat *ubique in sylvis.*
   Victitat *graminibus, oleraceis, frondibus, & hyeme corticibus ac gemmis arborum, fœno visco.*

CAPRA.

1. CAPRA cornibus carinatis arcuatis. *Linn. Syst. natur. 14. Fn. Suec. 42.*
   Capra. *Gesf. quadr. 57.*
   Capra domestica. *Raj. quadr. 77.*

Ca-

Caper. *Aldr. bisulc. 619.*
Hircus. *Jonst. quadr. 27.*
Austr. *mas* Bock, *fœmina* Geiß, Ziege.
Habitat *ubique in pagis.*
Victitat *graminibus, herbis, arundinibus, fruticum tenellis ramulis, foliis vitis &c.*

2. CAPRA cornibus erectis uncinatis. *Linn. Syst. natur. 14.*
Rupicapra. *Bellon. obs. 126.*
Austr. Gamse.
Habitat *in alpibus gregatim.*
Victitat *graminibus, floribus fabarum, radicibus, præsertim radice* Athamanthæ Meum *alias dictæ.*

Observatio: *Ægagropilæ* genuinæ figuræ sunt oblongæ: intus fibrosæ fusco-viridis coloris: externe pellicula nigra instar vernicis splendente tectæ; hæ in rupicapris alpes *Athamantha* carentes inhabitantibus nunquam inveniuntur, quæ tamen in aliis hac radice fibris obsita pascentibus sæpe reperiuntur: Unde harum pilarum originem, & effectum præsertim emmenagogum intelligere licet: cum vero nec crusta lapidea illis superinducta sit, verum ex meris fibris radicis *Athamanthæ* (quod præter dicta sapor, & odor prodit) mediante muco œsophagi & ventriculi rupicaprarum in formam farciminis, non pilæ, sicut adulteratæ, compactis constent; non ad calculos animalium, seu regnum minerale referri possunt sed *Floræ* restitui debent. Talia autem concreta etiam in ventriculis bovum solo fœno per hyemem victitantium vidi, vel sola structura vegetabili ac *Ægagropilæ* a calculis animalium distincta. Hinc nec mirum si Ægagropilæ tanquam corpora vegetabilia succo ammoniacalis naturæ gastrico rupicaprarum imprægnata concreta illa terrea in animalibus reperta effectu superant; Miratu potius dignum saburræ in cavitatibus corporis animalis repertas quasdam species tam magni æstimari, ut inde nescio quæ sibi, & ægrotis promittant medicorum non nulli, qui his miasma venenosum morborum malignorum corrigere, & expellere, venenorum vegetabilium & mineralium fere omnium virus, & vires obtundere, sanitatemque morbo per morbosum ablato restituere posse venatorum narratiunculis decepti arbitrantur: Siquidem omnes calculi *Bezoardici* vocati nil aliud sunt quam terræ pauco sale permixtæ in cavitatibus cor-

por

poris animalis præternaturaliter vel ob fibrarum debilitatem, vel organi rugoſam fabricam, vel denique ipſius materiæ tenacitatem, & dum pleræque terræ humidum abſorbent cruſtam conſtituendi capacitatem retentæ, ac potiſſimum lamellatim collectæ; Quare non immerito & calculos e veſica humana extractos ad *Bezoar* relatos, illisque easdem vires a clariſſimo Joſepho Montio Hiſtoriæ Naturalis, Materiæ medicæ, & Botanicæ Profeſſore Bononienſi adſcriptas fuiſſe judico, quod ejus diſtributionem exoticorum ſimplicium perlegenti patebit: in cujus parte prima plantarum indicibus Bononiæ 1724. editis appenſa numero ſecundo leget: *Bezoar microcoſmi. Calculi e Veſica humana.* 3. 15. 17. 19. Quibus numeris vires præfati calculi complectitur: nimirum in Elenchi Claſſe tertia p. 26. *Bezoar* ſpecies omnes, hinc & calculus humanus, alexipharmacæ dicuntur. In Claſſe 15. *Bezoar* omnes cordiales, & ſtomachici nuncupantur. In Claſſe 17. *Bezoar* omnes diaphoretici vocantur. In Claſſe 19. *Bezoar* omnes edulcorantes creduntur. Cur autem inter diuretica ſolo excretionis loco a diaphoreticis diſtincta, ad quam tamen Claſſem merito ut excrementa terreſtria œconomiæ animali inimica hinc urina excernenda referri potuiſſent, fuerint omiſſi ignoro. Quibus conſideratis quale auxilium ab hac cauſa morbi jam huic corpori animali, cui inhærebat inimica in curandis morbis ſperandum erit? Sane idem quod ſibi quidam Friderici Hoffmanni diſcipuli terras abſorbentes ad calculi molem augendam potius, quam vi diuretica expellendam aptas in nephritide calculoſa exhibentes compromittere poſſunt.

. CAPRA cornibus nodoſis in dorſum reclinatis. *Linn. Syſt. natur. 14.*
Ibex. *Raj. quadr. 79.*
Auſtr. Steinbock.
Hoſpitabatur *olim in vivario* S. P. Eugenii.
Victitabat *gramine*, *frondibus*, *granis*.

OVIS.

. OVIS cornibus compreſſis lunatis. *Linn. Syſt. natur. 15. Fn. Suec. 43.*
Ovis. *Aldr. biſulc. 370. Geſn. quadr. 138. Jonſt. quadr. 38.*

Ovis domestica. *Raj. quadr. 73.*
Austr. Schaaf.
Habitat *ubique culta.*
Victitat *gramine, herbis, per hyemem foliis vitis, fœno, stramine.*

2. Ovis cornibus erectis spiralibus. *Linn. Syst. natur. 15.*
Strepsiceros Aries cretensis. *Bellon. obs. 1. c. 14.*
Austr. Zackl.
Habitat *in* Hungaria *vulgaris.*
Hospitatur *copiose & fere unica in domibus lanionum* austriacorum *inde allata.*
Victitat *iisdem.*

B O S.

1. Bos cornibus teretibus flexis. *Linn. Syst. natur. 15. Fn Suec. 44.*
Bos. *Aldr. bisulc. 13. Gesn. quadr. 25.*
Bos domesticus. *Raj. quadr. 70.*
Austr. Ochs.
Habitat *ubique cultus.*
Victitat *graminibus, plantis paludosis, fœno, stramine, furfure*
Duplex *in* Austria *varietas occurrit, una collo brevi, & cras so, pedibus respectu corporis brevioribus; cornibus in mar brevissimis haud flexis, fusca, rufa, vel nigra* steyrische Ochs, *alia vero collo & cornibus respectu corporis longiori bus, pedibusque altioribus* ungarischer Ochs *nuncupata;* Hæ *in pagis ac oppidis circa confinia* Hungarica *sitis potissimu observatur,* illa *vulgaris est.*

2. Bos juba longissima, cornibus in se flexis. *Linn. Syst. na tur. 15.*
Bonasus. *Raj. quadr. 71.*
Austr. Auer-Ochs.
Hospitabatur *olim in vivario* S. P. Eugenii *sobolem producens.*

3. Bos cornibus vastis intortis resupinatis. *Linn. Syst. na tur. 15.*
Bubalus. *Raj. quadr. 72.*
Austr. Büffl-Ochs.
Hospitatur *subinde* Viennæ *ex* Hungaria *a lanionibus allatu*
Victitat *graminibus, fæno.*

CLAS

CLASSIS II.

AVES

ACCIPITRES.

STRIX.

1. STRIX capite aurito, corpore rufo. *Linn. Fn. Suec. 45.*
Bubo primus. *Gesn. av. 234. Willugb. ornith. 62. n. 12.*
Bubo. *Bellon. av. 25. a.*
Austriacis Buhu.
Habitat *subinde in petris sylvarum, & montium circa* Scotto-Viennam, & *confinia* Styriæ.
Hospitatur *autem ubique in domibus venatorum, qui hac utuntur ad alias aves prædantes alliciendas, & dein Sclopeto enecandas.*
Victitat *avibus, gliribus.*

2. STRIX capite aurito pennis sex. *Linn. Fn. Suec. 47.*
Asio, Otus. *Bellon. icon. 25.*
Otus s. Noctua aurita. *Willugb. orn. 64. f. 12.*
Otus s. Noctua aurita, Asio latinis. *Raj. av. 25. n. 2.*
Austr. Horn-Eule.
Habitat *in sylvis, cavis arboribus, & in domibus desertis.*
Victitat *avibus, gliribus, vespertilionibus.*

3. STRIX capite subaurito, corpore ex nigro albo, & fusco tenuissime undulatim mixtis variegato.
Austr. Wald-Küffl. Bononiensibus Giu.
Habitat *in cavis arboribus apud nos varius.*
Victitat *aviculis.*
Descriptio. *Magnitudo* merulæ, *color* exacte Caprimulgi, vel Torquillæ, *caput* dum vivit, pennis erectis non tamen rigidis aures referentibus ornatum, quæ vero cum teneræ sint, & componi possint in cadavere haud observantur.

4. STRIX capite lævi pone aures circuli segmento nigro e pennis singularis structuræ, dorso ferrugineo.
Strix capite lævi, corpore ferrugineo; oculorum iridibus atris, remigibus primoribus serratis. *Linn. Fn. Suec. 48.*
Ulula. *Gesn. av. 773. Aldr. ornith. 8. c. 6.*

Ulula Aldrovandi. *Willugb. ornith. 68. t. 13.*
Ulula latinis. *Raj. av. 26. n. 4.*
Auſtr. Nacht-Eule, gemeine, oder kleine Eule.
Habitat *in cavis arboribus, autumno in terra inter ſcirpos, & in carectis.*
Victitat *avibus, gliribus, veſpertilionibus.*

5. STRIX capite lævi, facie alba, pone aures circuli ſegmento ochreo e pennis ſingularis ſtructuræ, dorſo cærulescente.
Auſtr. Schleuer-Eule, Schleuer-Auffe.
Habitat *in turribus, templis, antiquis ædificiis murisque præaltis.*
Victitat *gliribus, veſpertilionibus, paſſeribus.*

DESCRIPTIO. *Magnitudo* Corvi. *Facies* alba utrinque tamen linea fuſca a naribus ad aures extenſa oculos ambit, pone aures circuli ſegmentum eleganter ochreum e pennis ſingularis ſtructuræ compoſitum caput, gulamque cingit, in parte anteriore maculis quibusdam nigris ſecundam quaſi lineam conſtituentibus notatum. Oculorum *irides* atræ; pectus ochreum hinc inde maculis fuſcis, albisque adſperſum, *abdomen* pallidius; *Vertex & dorſum* ex griſeo cæruleſcunt & undulis, minutiſſimisque punctis nigris ac albis maculantur. *Remigum* fere omnium præſertim tamen primorum pars exterior ochrea faſciis griſeocæruleis ut vertex & dorſum maculatis, pars interior alba quatuor tamen ſemifaſciis fuſcis notata extremitatibus griſeis. *Rectrices* ochreæ faſciis quatuor pariter ita maculatis: pars illarum exterior griſea. Subtus Remiges, & Rectrices transparentibus faſciis pallent. *Pedes* lanati ochrei verſus digitos magis albentes, *ungues* nigri.

An Strix capite lævi corpore luteo. *Linn. Fn. Suec. 49.*

6. STRIX capite lævi; corpore fuſco, remigibus albis maculis quinque ordinum. *Linn. Fn. Suec. 53.*
Noctua. *Geſn. av. 620. Aldr. ornith. l. 8. c. 7.*
Auſtr. Tſchiavitl, Kaůtzlein.
Habitat *in cavis arborum, potiſſimum vero in dirutis ædificiis, turribus templorum, mœniis, & horreis.*
Victitat *gliribus, veſpertilionibus, paſſeribus, grillis ſeu locuſtis.*

7. STRIX capite lævi, corpore griſeo.
Bubo ſecundus. *Aldr.*

Auſtr.

Auſtr. Wald-Auſſe.

Habitat *in cavis arboribus ſylvarum.*

Victitat *avibus gliribus.*

ANNOTATIO. *Magnitudo* Gallo major; *pupillæ* nigræ *iris* cærulefcens, *corpus* griſeum. Cæterum cum aldrovandi, aliorumque authorum opera ad manus nunc rurantis non ſint, omiſſum paginæ numerum non ſolum hac vice ſed quotiescumque contigerit condonare benevolus lector rogatur.

8. STRIX capite lævi, corpore rufo.

Auſtr. Stein-Auſſe.

Habitat *in ſylvis montanis.*

Victitat *iisdem.*

ANNOTATIO. *Magnitudo* præcedentis ſeu *Gallo* major. *Corpus* ſupra fuſcoferrugineum, inferne rufoteſtaceum maculis nigricantibus oblongis adſperſum, *Remiges* & *Rectrices* nigris albidisque faſciis ornatæ. *Supercilia* & *genæ* rufæ; *pupillæ* nigræ, *iris* cæruleſcens.

FALCO.

1. FALCO cera lutea; pedibus lanatis; corpore rufo. *Linn. Fn. Suec. 56.*

Aquila Germana. *Geſn. av. 168.*

Aquila Geſneri ſ. Chryſaëtos aquila. *Jonſt. av. t. 1.*

Chryſaëtos. *Willugb. ornith. 27. t. 1. Raj. av. 6. n. 1.*

Auſtr. Stein-Adler.

Habitat *in petris altis & præruptis rarius, ſæpius tamen hyberno tempore in ſylvis.*

Victitat *avibus, & quadrupedibus etiamnum pridem emortuis.*

2. FALCO, pedibus ceraque cæruleis; corpore ſupra fuſco, capite albo. *Linn. Fn. Suec. 57.*

Falco cui pedes cærulei. Cyanopoda. *Geſn. av. 74.*

Haliætus. *Aldr. ornith. l. 2. c. 3.*

Morphnos. *ejusdem l. 2. c. 7.*

Balbuſardus. *Willugb. ornith. 37. t. 6.*

Balbuſardus anglorum. *Raj. av. 16. n. 3.*

Auſtr. Blaufuß.

Habitat *inter arundines.*

Victitat *avibus aquaticis.*

OBSERVATIO Capitis, remigum primorum, & ſubinde Rectricum, totiusque corporis color albus a climate frigidiore & ſolis defectu dependere, non tantum ex avi-

bus ſeptentrionem inhabitantibus & autumno vel hyeme auſtriam petentibus conſtat, verum etiam ſequenti experimento confirmatur: dum acupes noſtri aves per æſtatem in cellis ſubterraneis, aliisque locis frigidioribus, & obſcuris cuſtodiunt, ac illis, ne canant, remigum & rectricum aliquas extrahunt, quæ in his locis ſole carentibus iterum creſcentes albent, præſertim in Emberiza flava, utpote quæ hac ratione dum autumno eximitur, & radiis ſolaribus, ut canat ac ad alias alliciendas aptior fiat exponitur ſæpe ſemialbeſcit.

3. Falco cera flava, rectricibus albis verſus apices nigris. *Linn. Fn. Suec. 58.*

Pygargus. *Bellon. icon. 15. Geſn. av. 205. Raj. av. 7. n. 5.*

Pygargus ſ. Albicilla, quibusdam Hinnularia. *Willugd. ornith. 31.*

Auſtr. Gamſen-Geyer.

Habitat *ſubinde aſperrima tantum hyeme apud nos.*

Hoſpitatur *in vivario* Ebergaſſingenſi S. P. de Lichtenſtein, *ex* Polonia *allatus.*

4. Falco cera flava; cauda forcipata, corpore ferrugineo, capite albidiore. *Linn. Fn. Suec. 50.*

Milvus. *Geſn. av. 610. Aldr. ornith. 368. t. 1. Willugb. ornith. 41. t. 6. Raj. av. 17. n. 6.*

Auſtr. Rother Milon.

Habitat *ubique vulgaris.*

Victitat *avibus, quadrupedibus minoribus.*

Differt a ſequente primo *magnitudine Galli* majoris. Secundo *pedibus* brevioribus & fortioribus, tibiisque ſemitectis. Colore in *dorſo* & alis ferrugineo magis, ubi alter fuſcus eſt. Tertio *cauda* forcipata rufa, *rectricibus* intermediis vel immaculatis, vel parum tantum ad rachin variegatis, ſequentis vero cauda ſubfurcata eſt rectricibus omnibus faſciatis. Quarto, *alis* ſubtus albentibus, quæ in ſequente nigro-fuſcæ ſunt. *Iris* flava. *Palatus* luteus.

5. Falco cera flava, cauda ſubfurcata faſciata, corpore caſtaneo-ferrugineo, capite albidiore.

Auſtr. Brauner Wald-Geyer.

Habitat *in ſylvis majoribus & montanis, præſertim hyeme.*

Victitat *avibus, gliribus.*

Descriptio. *Magnitudo* gallinæ, *caput* albidum pennis acuminatis rachi, & apicibus nigris (citra rufi coloris mixturam

turam in priore vero apices albidi & rufus color admixtus eſt) *Pectus* longis pennis caſtaneis rachi nigra veſtitum, *femora & abdomen* autem pennis ferrugineis rachi nigra. *Remiges* ſupra & ſubtus nigro-fuſcæ, quæ in præcedente ſubtus albent. *Dorſum* fuſcum. *Rectrices* omnes fuſcæ faſciis 7. vel 8. obſcurioribus, inferius cinereo fuſcæ faſciis transparentibus: *Cauda* ſubfurcata. *Pedes* lutei; ungues nigri, *tibiæ* parum plumoſæ, quarum media pars in præcedente plumis tegitur. Quamquam tibiæ in hoc altiores ſint quam in præcedente, ſuperantur tamen altitudine a pedibus ſubſequentis ſeu ſeptimi. *Iris* lutea. *Palatus* luteus.

6. Falco cera flava; capite corporeque caſtaneo pennarum rachi nigra, Rectricibus fuſcis faſciis nigris; apicibus albis.

Auſtr. Brauner Milon. Brauner Geyer.

Habitat *in ſylvis*.

Victitat *avibus, gliribus*.

Descriptio. *Magnitudo* Falconis cauda forcipata, ſeu quarti, figura eadem. *Roſtrum* verſus apicem nigrum, ad baſin, ut & cera, flavum; *palatus* cæruleus; *frons* albida maculis bruneis, *gula* ejusdem coloris. Utrinque inter roſtrum & oculos maculæ duæ nigricantes, *iris* nigricans. Cæterum *caput*, *collum*, *dorſum*, *pectus*, & *alæ* caſtaneæ pennarum rachi nigra. *Abdomen & urrhopyghium* teſtaceo bruneum maculis obſcurioribus, ſeu magis bruneis. *Remiges* primores maxima ex parte nigræ verſus baſin tamen, & ubi teguntur albæ faſciis fuſcis. *Pedes* flavi: *Tibiæ* ad medium usque pennis tectæ *ungues* nigri.

Differt a 4to præter reliqua iride in hoc nigricante in illo flava. Cauda non forcipata nec ferruginea, ſed tantum ſubfurcata atque faſciis pluribus nigricantibus ornata, apicibusque rectricum, & remigum ſecundariarum albis, nec pectus ut in illo rufum, ſed caſtaneum.

a 6to iride nigricante in alio lutea. Capite concolore quod in illo albet, Rectricum & Remigum ſecundariarum apicibus albis; Tibiis brevioribus & ad medium fere pennis tectis palatoque cæruleo, in illo luteo, nec cauda hujus ut illius ſubfurcata.

a 7mo ſeu ſequente iridibus in hoc nigricantibus, in ſe-

ſequente flavis, baſi manillarum canthoque oris flavis, in ſequente ſola cera flava eſt baſis maxillarum, & canthus oris autem cæruleus. Abdomen in hoc non ferrugineum ac in ſequente, ſed teſtaceum maculis bruneis. Pennarum pectus veſtientium rachis in hoc nigra, in illo concolor. Cauda faſciis ornata, quæ in ſequente ſimpliciter teſtacea eſt. Præterea pedes in hoc breviores fortiores, Tibiæ ad medium fere plumis tectæ.

7. FALCO cera flava corpore ſubtus ferrugineo, ſuperne fuſco, capite concolore, rectricibus teſtaceis.

Auſtr. Brauner Rohr-Geyer.

Habitat *inter arundines.*

Victitat *avibus aquaticis.*

DESCRIPTIO. *Magnitudo* quarti, ſeu *Gallinæ; caput*, *collum*, *pectus*, *dorſum*, & *alæ* fuſcæ, *nucha* albida, *femora* & *abdomen* ferruginea; *cauda* teſtacea ad urrhopyghium alba maculis bruneis. *Roſtrum* cæruleo nigrum, *cera* flaveſcens, *palatus* cæruleus, *irides*, & *pedes* flavi; *ungues* nigri.

Differt a quarto, & quinto.

1. Capite fuſco, quod in illis albet, nec in hoc pennis acuminatis ſed ſubrotundis tegitur.
2. Tibiis altioribus.
3. Cantho oris & palato cæruleis in quinto lutei coloris.
4. Cera ex flavo quaſi vireſcente, quæ in aliis vividius flavet, & quaſi ad fulvum declinat.
5. Cauda nec forcipata, nec ſubfurcata, nec rufa, nec faſciis donata, ſed teſtacea.
6. Pennis abdomen & pectus veſtientibus rachi nigra deſtitutis.

Cæterum quinto adeo ſimilis, ut & a venatoribus minus expertis ejusdem ſpeciei credatur.

8. FALCO pedibus flavis; corpore cinereo, maculis fuſcis; cauda faſciis quatuor. *Linn. Fn. Suec. 60.*

Falco gentilis i. e. nobilis dictus. *Willugb. ornith. 46. Raj. av. 13.*

Falco montanus. *Willugb. ornith. 45. t. 5.*

Auſtr. Falk.

Habitat *autumno, & initiante hyeme ſubinde in montibus.*

Hoſpitatur *autem* Laxenburgi *ad capiendas ardeas, aliaque animalia a venatoribus* S. C. M. ſuæ *nutritus.*

Victitat *avibus, quadrupedibus.*

9. FAL-

9. FALCO roſtro nigro; pedibus luteis; corpore ſupra fuſco, ſubtus albido - cinereo maculis transverſis. *Linn. Fn. Suec. 62.*

Gyrfalco. *Willugb. ornith. 44. Raj. av. 12. n. 3.*

Auſtr. Geſprängter Falk, Baum-Falk.

Habitat *vere, & autumno apud nos, transmigrans.*

Victitat *avibus.*

10. FALCO cera lutea; pedibus exceptis digitis lanatis, corpore teſtaceo maculis nigris, capite & collo albidioribus.

Auſtr. Schnee-Geyer, Rauchfuß, Mooß-Geyer.

An Falco cera luteo-viridi, pedibus luteis, corpore ferrugineo, vertice fulvo. *Linn. Fn. Suec. 63. quo ad deſcriptionem.*

Habitat *hyberno tempore circa paludes.*

Victitat *avibus.*

DESCRIPTIO. *Magnitudo* Galli, *caput, collum & pectus* ochreo-album maculis longitudinalibus nigris, *abdomen* & præſertim *hypochondria* nigra in aliis nigro maculata. *Alarum* remiges primores latæ mox verſus apicem anguſtæ ita ut interna parte quaſi lobatæ videantur: latere interiore excepto nigro apice albæ, exteriore cinereo nigræ rachi alba. Subtus ejusdem coloris. *Remiges* ſecundariæ fuſcæ faſciis nigris. Tectrices alarum rufo teſtaceo & nigro maculatæ. *Cauda* ultra medium alba verſus apicem fuſca margine teſtaceo in aliis faſciis 5. nigricantibus. *Urrhopyghium* & anus albent raris maculis fuſcis teſtaceisque. *Tibiæ* plumis tectæ teſtaceis lituris maculisque irregularibus nigris. *Digiti* lutei, *unguibus* nigris: ungue pollicis & digiti interioris reliquis majoribus fortioribus. *Roſtrum* nigro cæruleum fortiſſimum. *Cera* lutea. *Iris* nigricans.

11. FALCO cera pedibusque luteis dorſo fuſco, pectore pallido maculis longitudinalibus fuſcis. *Linn. Fn. Suec. 65.*

Buteo. *Geſn. av. 46.*

Buteo vulgaris. *Willugb. ornith. 38. t. 6.*

Buteo vulgaris ſ. Triorchis. *Raj. av. 16. n. 2.*

Auſtr. Wald-Geyer.

Habitat *paſſim in ſylvis.*

Victitat *avibus, quadrupedibus, ſerpentibus.*

12. FALCO cera luteo viridi; cinereus: maculis abdominalibus longitudinalibus ferrugineis.

Austr. Kleiner Spitz-Geyer. Blaues Geyerl.
Habitat *in nemoribus, & circa paludes.*
Victitat *passeribus.*

DESCRIPTIO. *Magnitudo* corvi; *caput, collum, pectus,* & *dorsum* ex cinereo cærulescunt maculis in disco pennarum dorsi fuscis. *Alæ* cinereæ complicatæ fascia seu linea transversa nigra. *Remiges* primores sex utrinque atræ. 7-10. cinereæ. 11-22. cinereæ fasciis duabus nigris, quarum superior complicata ala a tectricibus obtegitur, secunda vero prædictam lineam transversam in alis constituit: reliquæ cinereo-fuscæ; inferne omnes exceptis primis sex albæ fasciis tribus cinereis transparentibus. *Abdomen* album maculis longitudinalibus ferrugineis. Sub alis utrinque *pennæ* aliquot longæ ferrugineæ maculis albis septem notatæ *Rectrices* intermediæ duæ superne cinereæ rachi fusca: utrinque proximæ duæ parte exteriore cinereæ, ea qua intermedias respiciunt albidiores fasciis quatuor latis ferrugineo-fuscis pictæ: reliquæ tres utrinque albæ, versus apicem tamen cinereæ, fasciis pariter quatuor ferrugineis. *Rachis* in omnibus exceptis duabus intermediis varia est, ubi enim rectrices albent pallet, ubi fascia notantur fusca est. Inferne rectrices cinereæ evanescente pedendentim cinereo colore ita ut extimæ albescant fasciis cinereis rufisque transparentibus: rachis in omnibus subtus alba. *Femora* pennis albis rachi ferruginea donatis tecta. *Pedes* flavi, ungues nigri. *Rostrum* nigrum. *Cera* luteo-viridis & subinde in quibusdam luteo-nigricans seu lividi coloris observatur. *Iris* flava.

13. FALCO cera flavo-viridi; testaceo, ferrugineo, & fusco varius; abdomine pallido maculis longitudinalibus ferrugineis.

Austr. Kleiner Spitz-Geyer, kleiner Rohr-Geyer.
Habitat *inter arundines.* Victitat *aviculis.*

DESCRIPTIO. *Magnitudo* corvi majoris seu præcedente duodecimo major. *Caput* ad latera, & subtus albidum, supra oculos linea utrinque alba: ad aures utrinque macula magna fusca. *Vertex* ferrugineus maculis nigris: *nucha* albida. *Dorsum* fuscum; collum antice & pectus testaceum maculis longitudinalibus fuscis. *Abdomen* pallidum seu sordide album maculis longitudinalibus ferrugineis; alarum tectrices fuscæ margine ochreo-ferrugineo,

gineo. *Remiges* primores ſex ſuperne cinereo fuſcæ faſciis quinque nigris: ſubtus pallide teſtaceæ faſciis nigricantibus: ſecundariæ cinereo fuſcæ faſciis duabus, vel tribus latioribus nigris, margine albidæ; ſub alis pariter ac in præcedente ſeu duodecimo pennæ aliquot longæ ferrugineæ maculis ſeptem teſtaceo albis notatæ conſpiciuntur. *Urrhopyghii* extremitas ſeu potius caudæ principium pennis albis tegitur. *Rectrices* intermediæ duæ ſuperne teſtaceo-fuſcæ faſciis quatuor fuſcis: his utrinque proximæ duæ magis cinereæ faſciis pariter quatuor fuſcis: extimæ utrinque tres albæ faſciis quatuor ferrugineo fuſcis: *Rachis* in omnibus varia ad faſcias fuſca, ſecus teſtacea, vel in extimis alba. Subtus tectrices pallidæ faſciis transparentibus cinereis, rachi alba. *Roſtrum* nigrum ad baſin vireſcens. *Cera* flavo viridis, *femora* pennis teſtaceis ad rachin ferrugineis tecta. *Pedes* flavi. *Ungues* nigri. *Iris* flava. Præcedenti ſeu duodecimo valde congener an ejus varietas an fæmina? Magnitudine quidem diſtincta, ſed cum in accipitrino genere fæmina ſemper major mare ſit, vix differentia hæc ſufficere videtur. Venatores unanimi conſenſu diſtinctas ſpecies ſtatuunt, cum nulla illis accipitrini generis præter Tinnunculum ſpecies innoteſcat, cujus fæmina a mare colore diſtinguitur. Ego plures duodecimæ, & decimæ tertiæ ſpeciei examinavi, ſed 12. conſtanter marem, 13. fæminam reperivi. An id per accidens contigerit, an re vera nidum ambo conjuncti ſtruant venturo vere detegere conabor.

14. FALCO pedibus ſeminudis; cera nigra, capite cinereo; cauda faſcia cinerea, apice albo. *Linn. Fn. Suec. 66.*

Buteo apivorus, ſ. Veſpivorus. *Willugb. ornith. 38. t. 3. Raj. av. 16. n. 2.*

Auſtr. Froſch-Geyerl, Mauß-Geyerl, Vögel-Geyerl.

Habitat *in ſylvis, & vinearum arboribus.*
Victitat *aviculis, gliribus, ranis.*

15. FALCO pedibus ceraque flavis, dorſo rufeſcente; pectore maculis longitudinalibus fuſcis; cauda rotundata. *Linn. Fn. Suec. 67.*

Tinnunculus accipiter. *Geſn. av. 54.*

Tin-

Tinnunculus f. Cenchris. *Aldr. ornith. l. 5. c. 6. Willugb. ornith. 50. t 5.*
Tinnunculus. *Raj. av. 16. n. 16.*
Auftr. Windwachl, Rittlweyer, Wannenweher.
Habitat *in turribus*, & *muris præaltis præsertim* Viennæ *in turre* Ecclefiæ Metropolitanæ ad St. Stephanum, & *ad Scalas* Marianas.
Victitat *pafferibus*, *gliribus*.

16. Falco cera viridi; pedibus flavis; pectore albo undulis transverfis fufcis, cauda fufca fafciis nigricantibus. *Linn. Fn. Suec. 68.*
Falco fringillarius. *Gefn. av. 51.*
Accipiter fringillanus. *Bellon. icon. 19.*
Accipiter fringillarius f. recentiorum Nifus & Sparverius. *Willugb. ornith. 51. t. 5. Raj. av. 18. n. 2.*
Auftr. *mas* Sprinzl, *fæmina* Sperber.
Habitat *in turribus*, *mœniis alibique*.
Victitat *pafferibus*.

PSITTACVS.

1. Psittacvs cauda corpore fefquilongiore.
Pica indica. *Jonft.*
Auftr. Indianischer Rabe.
Hofpitabatur *olim in vivario* S. P. Eugenii.
Victitat - - - *Magnitudo* fere gallinæ.

2. Psittacvs cinereus cauda cuneiformi phænicea.
Pfittacus cinereus. *Jonft.*
Auftr. Grauer Paperl.
Hofpitatur *hinc inde in domibus* magnatum. *Magnitudo* corvi majoris.
Victitat *amygdalis*, *femine cannabis*, *pane albo* &c.

3. Psittacvs viridis remigibus, rectricibusque introrfum cæruleis, phœniceis, & flavis.
Pfittacus viridis. *Jonft.*
Auftr. Grüner Paperl.
Hofpitatur *in domibus nobilium*. *Magnitudo* corvi.
Victitat *iisdem*.

4. Psittacvs viridis cauda longitudine corporis.
Pfittacus macrourus. *Willugb.*
Auftr. Grosses Peruquetl.
Hofpitabatur *olim in vivario* S. P. Eugenii, & *in domibus magnatum*. *Magnitudo* Merulæ. Victitat *iisdem*.

5. Psit-

PSITTACUS viridis, roſtro carneo, anteriore capitis parte miniacea.
Auſtr. Kleines Peruquetl.
Hoſpitabatur *olim paſſim in domibus magnatum, & nobilium* Viennæ. *Magnitudo* curviroſtræ.
Victitabat *iisdem.*

PSITTACUS albus, roſtro nigro, capite criſtato, criſta plicatili lutea.
Auſtr. Kakatu, a voce quoniam tota die nil præter Kakuta reiterat. Indianiſcher Wildhopf ob caput criſtatum.
Hoſpitabatur *olim in vivario* S. P. Eugenii. *Magnitudo* columbæ vulgaris.
Victitabat *iisdem.*

PICÆ.

CORVUS.

. CORVUS ater, dorſo cærulefcente. *Linn. Fn. Suec. 69.*
Corvus. *Geſn. av. 334. Jonſt. ornith. 38. t. 16. Willugb. ornith. 82. t. 18. Aldr. ornith. l. 12. c. 1. Raj. av. 31. n. 1.*
Auſtr. Rab.
Habitat *in denſis & montoſis ſylvis, hyberno tempore planitiem petens.*
Victitat *cadaveribus.*

. CORVUS ater. *Linn. Fn. Suec. 70.*
Cornix frugilega. *Aldr. ornith. l. 12. t. 3. Raj. av. 39. n. 3.*
Cornix frugifera, & frugilega. *Willugb. ornith. 84. t. 18.*
Auſtr. Schwarze Kran, ſchwarze Krähe.
Habitat *in ſylvis montanis, hyeme ubique juxta vias publicas, & in agris.*
Victitat *frugibus.*

. CORVUS capite gula alis caudaque nigris, trunco cinerafcente. *Linn. Fn. Suec. 71.*
Cornix cinerea frugilega. *Aldr. ornith. l. 12. c. 4. Willugb. ornith. 84. t. 77. Raj. av. 39. n. 4.*
Auſtr. Graue Kran, Kranveitl.
Habitat *ubique in ſylvis præſertim in nemoribus inſularum* danubialium; *hyeme ubique juxta vias publicas pagos, & in agris, ac hortis.*

Victi-

Victitat *uvis, frugibus, cadaveribus, conchis, ranis, erucis, aviculis, ovis & pullis gallinarum, anserum &c. Uti pleræque hujus generis species.*

4. Corvus fronte nigra; occipite incano; corpore fusco; alis caudaque nigris. *Linn. Fn. Suec. 72.*

Monedula s. Lupus. *Willugb. ornith. 85. t. 19. Raj. av. 40. n. 5.*

Austr. Tagerl. Dohle. Tschockerl.

Habitat *in sylvis montanis. Hyeme gregatim volitans vias publicas, agros, domos, fimeta, & hortos petit.*

Victitat *frugibus, cadaveribus.*

5. Corvus alis cauda pedibus rostroque nigris; trunco fusco, excepto vertice, maculis albis guttato.

Caryocatactes. *Gesn. av. 245. Raj. av. 42. n. 5.*

Caryocatactes. *Gesneri & Turneri. Willugb. ornith. 90. t. 20.*

Austr. Waldstarl, Steinheher. Pistaci Heher.

Habitat *in sylvis montosis* Helvetiæ, Styriæ, & Austriæ Superioris *unde initiante autumno gregatim ad nos volitat.*

Victitat *frugibus, glandibus, & præsertim fructu pini sativæ.*

6. Corvus cæruleo viridis dorso ex rufo lutescente.

Cornix cærulea. *Gesn. av. 335. Aldr. ornith. l. 12. c. 5. Willugb. ornith. 85. t. 20.*

Garrulus argentoratensis. *Aldr. ornith. l. 12. c. 18. Raj. av. 41. n. 3.*

Austr, Mandlkran, Meerheher.

Habitat *passim in sylvis, & nemoribus danubialibus.*

Victitat *frugibus, glandibus.*

Descriptio *Magnitudo* picæ glandariæ seu sequentis. *Collum, pectus, & abdomen* virent, colorem æruginis cupri æmulando, *alarum* tectrices virides, obvestientes in mare adulto cyanei, quæ vero remigum basin tegunt cælestis coloris sunt: in fæmina & pullis obvestientium basis cærulea discus vero viridis. *Remiges* primores nigræ, inferius cæruleæ; interiores ochreæ, *tergum* ochreum in scapulis ad ferrugineum declinans. *Urrhopyghium* cæruleum. *Rectrices* virides. *Rostrum & pedes* fusci, a naribus linea fusca per oculos extensa.

7. Corvus variegatus, tectricibus alarum cæruleis: lineis transversis albis nigrisque. *Linn. Fn Suec. 74.*

Pica glandaria s. Garrulus avis. *Gesn. av. 700.*

Pica

Pica glandaria. *Aldr. ornith. l. 12. c. 14. Willugb. ornith. 88. t. 19. Raj. av. 41. n. 22.*
Auſtr. Nußheher.
Habitat *ubique in ſylvis.*
Victitat *glandibus, aviculis minoribus &c.*

3. Corvus cauda cuneiformi. *Linn. Fn. Suec. 76.*
Pica. *Geſn. av. 695. Jonſt. ornith. 44. t. 17.*
Pica varia ſ. caudata. *Willugb. ornith. 87. t. 19. Raj. av. 41. n. 1.*
Auſtr. Alſter.
Habitat *ubique in ſylvis, & nemoribus præſertim* danubialibus, *hyeme juxta domos.*
Victitat *frugibus, glandibus, aviculis, & præſertim Gallinarum & anſerum ovis, pullis, quadrupedumque cadaveribus, gliribus.*

PICUS.

1. Picus pedum digitis duobus anticis, poſticis duobus; corpore nigro vertice coccineo.
Picus niger vertice coccineo. *Linn. Fn. Suec. 79.*
Picus maximus vel niger. *Geſn. av. 708.*
Picus maximus. *Aldr. ornith. l. 12. c. 31.*
Picus niger maximus. *Willugb. ornith. 92. t. 21. Raj. av. 42. n. 1.*
Auſtr. Hohlkran, Schwarzſpecht.
Habitat *in ſylvis montanis in cavis arboribus.*
Victitat *erucis, muſcis, formicis* &c.

2. Picus pedum digitis duobus anticis; poſticis duobus; viridis, vertice coccineo
Picus viridis vertice coccineo. *Linn. Fn. Suec. 80.*
Picus viridis. *Geſn. av 710. Willugb. ornith. 93. t. 21.*
Picus viridis major. *Raj. av. 42. n. 2.*
Picus viridis noſtras. *Aldr. ornith. l. 12. c. 34.*
Auſtr. Grünſpecht.
Habitat *paſſim in ſylvis, & nemoribus.*
Victitat *iisdem, & præſertim apibus.*

3. Picus pedum digitis duobus anticis: poſticis duobus; albo nigroque varius; vertice nigro.
Picus albo nigroque variegatus, vertice nigro rectricibus tribus lateralibus utrinque albeſcentibus. *Linn. Fn. Suec. 81.*

Picus

Picus varius major. *Gesn. av. 708. Willugb. ornith. 94. t. 21. Raj. av 43. n. 4.*
Austr. Grosses Baumhackl.
Habitat *in cavis arboribus.*
Victitat *iisdem.*

4. PICVS pedum digitis duobus anticis: posticis duobus: albo nigroque varius; vertice coccineo, pube rubra.
Picus albo nigroque varius, rectricibus tribus lateralibus apice albo variegatis. *Linn. Fn. Suec. 82.*
Picus varius minor. *Gesn. av. 708. Aldr. ornith. l. 12. c. 33. Willugb. ornith. 94. t. 31. Raj. av. 43. n. 5.*
Austr. Kleines Baumhackl.
Habitat *passim in cavis arboribus sylvarum, & præsertim nemorum* danubialium.
Victitat *iisdem.*

5. PICVS pedum digitis duobus anticis; posticis duobus; albo nigroque varius; vertice coccineo, pube testacea.
Picus albo nigroque varius; rectricibus tribus lateralibus seminigris. *Linn. Fn. Suec. 83.*
Picus varius tertius. *Raj. av. 43.*
Austr. Baumhackerl.
Habitat *cum prioribus.*
Victitat *iisdem.*

6. PICVS pedum digitis tribus anticis: postico uno; albo rubro nigroque varius.
Picus murarius. *Aldr. ornith. l. 12.*
Austr. Mauerspecht, todten Vogl.
Habitat *in antiquis muris, præsertim iu cæmeterio* Medlingensi *ubi in calvariis nidificat.*
Victitat *iisdem, & præsertim araneis.*

JYNX.

1. JYNX. *Gesn. av. 573.*
Jynx s. Torquilla. *Aldr. ornith. l. 12. c. 42. Willugb. ornith. 95. t. 22. Raj. av. 44. n. 8.*
Jynx, Torquilla, Turbo, Sisopigis. *Bellon. icon. 76. a.*
Cuculus subgrisea maculata, rectricibus nigris fasciis undulatis. *Linn. Fn. Suec. 78.*
Austr. Natterwindl, Wendlhalß.
Habitat *ubique in sylvis, & nemoribus.*
Victitat *iisdem quibus pici.*

CVCVLVS.

1. CVCVLVS rectricibus nigricantibus punctis albis. *Linn. Fn. Suec* 77.
Cuculus. *Gesn. av.* 363. *Aldr. ornith. t.* 5. *c.* 107. *Bellon. icon.* 22. 6. *Willugb. ornith.* 62. *t.* 77. *Raj. av.* 23.
Austr. Kuckuck.
Habitat *ubique in sylvis.*
Victitat *insectis.*

VPVPA.

1. VPVPA. *Linn. Fn. Suec.* 85. *Bellon. icon.* 72. *a. Gesn. av* 776. *Aldr. ornith. l.* 17. *c.* 11. *Willugh. ornith.* 100 *t.* 24. *Raj. av.* 48. *n.* 6.
Epops, Upupa. *Jonst. ornith. t.* 42. 27.
Austr. Widhopf.
Habitat *in sylvis, & pascuis passim, nidificat in cavis arboribus.*
Victitat *insectis.*

ISPIDA.

1. ISPIDA cauda molli.
Ispida. *Linn. Fn. Suec.* 86.
Merops. *Bellon. icon.* 599. *Aldr. ornith. l.* 12. *c.* 45.
Merops s. Apiaster. *Willugb. ornith.* 102. *t.* 24. *Raj. av.* 49. *n.* 3.
Austr. Meerschwalbe.
Habitat *in abruptis littoribus* danubii, *præsertim in arenosis præcipitiis* Fischamentensibus *infra vineas & agros nemora danubialia versus sitis, & septentrionem respicientibus. Ova* 4. vel 5. alba. *Nidus* ex muscis confectus, in caverna profunde excavata absconditus.
Victitat *insectis præsertim muscis, & culicibus.*

2. ISPIDA cauda rigida.
Certhia. *Linn. Fn. Suec.* 213. *Gesn. av.* 251. *Aldr. ornith. l.* 12. *c.* 44. *Willugb. ornith.* 100. *t.* 23. *Raj. ornith.* 47. *n.* 5. *Jonst. ornith. t.* 42.
Certhias, Certhius, Reptatrix. *Bellon. icon.* 98. *a.*
Austr. Baumlaufferl.
Habitat *in sylvis passim, in arborum truncis.*
Victitat *erucis.*

ANSERES.

ANAS.

1. Anas roſtro plano apice dilatato rotundatoque. *Linn. Fn. Suec. 87.*
   Pelecanus ſ. Platea. *Geſn. av. 666. Jonſt. ornith. t. 46. Mars. danub. 5. p. 28. t. 12. Raj. av. 102. n. 1.*
   Leucoradios ſ. Platea, Pelecanus Ornithologi. *Aldr. ornith. l. 20. c. 13.*
   Platea ſ. Pelecanus, Leucorodius ſ. Albardeola. *Willugb. ornith. 212. t. 52.*
   Auſtr. Löfflganß.
   Habitat *in fluviis* Hungariæ.
   Hoſpitabatur *olim in vivario* S. P. Eugenii.
   Victitat *piſcibus.*

2. Anas roſtro ſemicylindrico; cera flava; corpore albo. *Linn. Fn. Suec. 88.*
   Cygnus, Cycnus. *Bellon. icon. 30. a.*
   Cygnus. *Geſn. av. 372.*
   Cygnus ferus. *Willugb. ornith. 212. Raj. av. 136.*
   Cycnus. *Aldr. ornith. l. 19. c. 1.*
   β. Cygnus manſuetus. *Willugb. ornith. 271. t. 69. Raj. av. 136. n. 1.*
   Auſtr. Schwane.
   Habitat *ſæpe hyberno tempore in lacu* Niſchiterienſi.
   Hoſpitatur *β. paſſim in piſcinis magnatum.*
   Victitat *frugibus, piſcibus.*

3. Anas roſtro ſemicylindrico, baſi gibbo. *Linn. Fn. Suec. 89.*
   Anſer cygneus Guineenſis. *Raj. av. 138.*
   Anſer hiſpanicus an potius Guineenſis. *Willugb. ornith. 275.*
   Auſtr. Türkiſche Ganß, Schwanen Ganß.
   Habitat *in vivario* Ebergaſſingenſi S. P. de Lichtenſtein.
   Victitat *frugibus, piſcibus.*

4. Anas roſtro ſemicylindrico; corpore ſupra cinereo ſubtus albido; rectricibus margine albis. *Linn. Fn. Suec. 90.*
   α. Anſer ferus. *Geſn. av. 158. Aldr. ornith. l. 19. c. 18. Willugb. ornith. 274. t. 69.*
   β. Anſer domeſticus. *Geſn. av. 141. Willugb. ornith. 273. t. 75. Raj. av. 136. n. 4.*

Auſtr. Wildganß. β. einheimiſche Ganß.
Habitat α. *ubique in paludibus, & lacubus.* β. *ubique ab œconomis culta.*
Victitat *frugibus, piſcibus.*
OBSERVATIO duæ *varietates* an *ſpecies* diverſæ dicam? in Auſtria obſervantur. Primæ *roſtrum* nigrum ad apicem macula pallida notatum, *corpus* ſupra cinereum ſubtus albidum, *rectrices* margine albæ, *pedes* luteſcentes, ſequente ſeu ſecunda ſpecie multo minor. Auſtriacis Schneeganß habitat hæc hyeme in fluviis & lacubus ex frigidioribus provinciis in auſtriam accedens. Secundæ *roſtrum lividum* ſeu *nigro-luteum*, *corpus* ſupra cinereum ſubtus albidum. *Rectrices* margine albæ, *pedes* cinereo luteſcentes. Auſtriacis Wild-Ganß. Hæc ubique in paludibus habitat vere & æſtate, ubi nidificat, autumno avolat nec per hyemem ſicut prima manet.
5. ANAS capite colloque nigris. *Linn. Fn. Suec. 91.*
Branta ſ. Bernicla. *Geſn. av. 110. Aldr. ornith. l. 19. c. 33.*
Bernicla ſ. Bernacla. *Willugb. ornith. 274. Raj. av. 137.*
Auſtr. Roth-Ganß.
Hoſpitatur *in vivario* S. P. de Lichtenſtein in arce Ebergaſſingenſi. Victitat *frugibus.*
6. ANAS cinerea; fronte alba. *Linn. Fn. Suec. 92.*
Auſtr. Pohlniſche Ganß.
Habitat *hyemali tempore in fluviis, & lacubus rarius.*
Victitat *frugibus, piſcibus.*
7. ANAS fronte tuberoſa, palearibus albidis.
Auſtr. Große Meerganß, Arabiſche Ganß.
Habitat *in vivario* Ebergaſſingenſi S. P. de Lichtenſtein.
Victitat *quibus congeneres.*
DESCRIPTIO magnitudo cygni vel paulo major; *color* ſupra cinereus ſubtus pallidior, per culturam albus, *frons* tuberoſa; *palearia* duo ſeu lamellæ duæ flaccidæ membranaceæ ac in gallo domeſtico albidæ tamen a gula dependent.
8. ANAS roſtro coccineo, capite rufo criſtato, macula alarum pallide carnea.
Auſtr. Türkiſche Ente.
Habitat *vere in lacubus, & fluviis.*
Victitat *quibus congeneres.*
DESCRIPTIO. *Magnitudo* anatis domeſticæ, vel paulo ma-
Roſtrum anſerinum coccineum apice maxillæ ſupe-

 rioris

rioris incurvato macula pallida: maxillæ inferioris apex pariter macula ſeu ſemicirculo pallidiore notatus. *Lingua* apice trilobo obtuſo, lateralibus brevioribus margine ciliato. *Caput* criſtatum rufum criſta pallidiore. *Collum pectus, & abdomen* exceptis hypochondriis fuſca; *hypochondria* alba maculis bruneis magnis. *Dorſum*, & alarum tectrices ochreo-bruneæ ſubcinereæque ac ultimæ remigum. *Urrhopyghium*, & *cauda* ſuperius nigro virent apicibus rectricum pallidis: ſubtus cinereæ. *Maculæ* alarum pallide carneæ linea cinereo-fuſca diſtinctæ; *Remiges* ſuperius maxima parte albæ ſeu pallide carneæ apicibus fuſcis: inferius omnino dilutioris carnei coloris, extremitatibus cinereo-fuſcis. *Pedes* fuſci; *membrana* nigra.

Fœmina Scolopacini coloris eſt *macula* alarum albida; *roſtrum* fuſcum marginibus obſolete coccineis.

9. ANAS cauda forcipata pedibus longiore; macula alarum cupreo-fuſca.

Auſtr. Schwalbenſchweif.

Habitat *hyeme in lacubus, & fluviis.*

Victitat *quibus aliæ.*

DESCRIPTIO. *Magnitudo* anatis domeſticæ, vel paulo minor. Roſtrum & pedes nigri. *Caput*, *gula*, & *colli* pars ſuperior ac anterior fuſca: in poſtica colli parte linea nigra a capite ad dorſum extenſa, utrinque alia alba, quæ cum reliqua inferioris colli partis albedine unitur. *Pectus* album; *abdomen* pallide cinereum lituris minutiſſimis albis & nigricantibus: pars ejus utrinque ad Urrhopyghium & principium caudæ ſita pallide ochrea, *dorſum* & *femora* cinerea lituris nigris albisque Urrhopyghium ejusdem coloris diſco tamen pennarum fuſco. Ad baſin alarum pennæ longæ nigræ limbo utrinque albo. *Humeri* cinerei. *Macula* alarum primo teſtacea dein fuſca antiqui cupri ad inſtar ſplendens, tandem nigra, & ultimatim alba. *Remiges* ſupra fuſcæ parte interna pallidiore, ſubtus cinereæ. *Cauda* pedibus longior forcipata, ſubtus nigra: *Rectrices* cinereæ limbo exteriore albo, mediæ duæ longiſſimæ acutiſſimæ nigræ.

10. ANAS facie nuda papilloſa. *Linn. Fn. Suec. 98.*

Anas moſchata. *Rai. av. 150. n. 3.*

Anas indica mas. *Geſn. av. 122.*

Anas indica. *Aldr. ornith. l. 19. c. 26.*

Anas

Anas libyca Bellonii. *Willugb. ornith. 294.*
Auftr. Bisem-Ente.
Habitat *passim a curiosis, & œconomis culta, præsertim copiose in vivario* Ebergaffingensi S. P. de Lichtenstein.
Victitat *iisdem.*

11. ANAS caudæ rectricibus intermediis recurvis. *Linn. Fn. Suec. 97.*
Anas fera torquata minor (mas) *Gesn. av. 114.*
Anas fera torquata major (fæmina) *Gesn. av. 115.*
Boschas major s. Anas torquata minor. *Aldr. ornith. l. 19. c. 15.*
Anas fera latine. *Jonst. ornith. t. 49.*
Boschas major. *Willugb. ornith. 84. t. 72.*
Anas torquata minor. *Raj. av. 145. n. 1.*
β. Anas domestica vulgaris. *Willugb. ornith. 293. t. 75. Raj. av. 150. n. 1.*
Anas domesticus. *Jonst. ornith. 143. t. 49.*
Anas cicur. *Gesn. av. 96.*
Austr. Stock-Ente. *β.* einheimische Ente.
Habitat *ubique in lacubus, fluviis, & paludibus. β. ubique ab œconomis culta.*
Victitat *frugibus piscibus, & præsertim lemna.*

12. Anas crista dependente; corpore nigro; ventre maculaque alarum albis. *Linn. Fn. Suec. 99.*
Anas fuligula prima. *Gesn. av. 107. Willugb. ornith. 280. t. 73.*
Querquedula cristata s. Colymbus bellonii. *Aldr. ornith. l. 19. c. 34.*
Anas cristata. *Raj. av. 142. n. 7.*
Habitat *rarius apud nos vere, copiose autem hyemali tempore in lacubus & stagnis* Bononiensibus, & Ferrariensibus.
Victitat *quibus congeneres.*

13. ANAS nigro alboque variegata; capite nigro viridi; sinu oris alba macula. *Linn. Fn. Suec. 100.*
Clangula. *Gesn. av. 119.*
Clangula Gesneri. *Aldr. ornith. l. 19. c. 42. p. 224.*
Anas platyrhynchos mas. *ejusdem ornith. l. 19. c. 42. p. 225. Willugb. ornith. 282. t. 73. Raj. av. 142. n. 8.*
Austr. Eiß-Ente.
Habitat *hyeme ubique in lacubus & fluviis.*
Victitat *quibus congeneres, & præsertim conchis aquaticis.*

14. ANAS cinereo, albo, nigroque variegata. capite castaneo.

Auſtr. Braunköpfige Eiß-Ente.

Habitat *hyemali tempore in lacubus & fluviis, præſertim circa lacum* Niſchiterienſem.

Victitat *quibus congeneres.*

DESCRIPTIO. *Magnitudo* Penelope paulo major. *Roſtrum* anſerinum nigrum maxillæ ſuperioris apice incurvato macula ſordide miniacea notato. *Caput* caſtaneum colli pars anterior gulæ proxima alba. *Collum* & dorſi pars anterior cinerea nigro maculata ſeu nebuloſa, colore tamen in collo & femoribus magis griſeo: reliqua dorſi pars pededentim verſus urrhopyghium magis nigricat; *Urrhopyghium* ejusdem coloris. *Maculæ* alarum majores albæ, minores nigræ, ita ut ala complicata macula primo nigra, dein alba, iterum nigra rurſusque alba conſpiciatur. *Pectus*, & *abdomen* alba. *Remiges* nigræ, *Rectrices* obſcure cinereæ. *Pedes* rubri, *membrana* nigra. *Iris* flava *pupilla* nigra.

15. ANAS roſtri extremo dilatato rotundatoque ungue incurvo. *Linn. Fn. Suec. 102.*

Anas latiroſtra major. *Geſn. av. 120.*

Anas latiroſtra major. *Aldr. ornith. 3. p. 227.*

Anas latiroſtra Taſchenmaul. *ejusdem p. 224.*

Anas platyrhynchos altera ſ. Clypeata Germanica. *Willugb. ornith. 283. t. 74. Raj. av. 143.*

Auſtr. Schauffl-Ente, Löffl-Ente.

Habitat *in fluviis & paludibus paſſim.*

Victitat *iisdem.*

16. ANAS capite bruneo, fronte alba, cauda ſubtus nigra. *Linn. Fn. Suec. 105.*

Penelope. *Geſn. av. 109. Aldr. ornith. l. 19. c. 3. Jonſt. ornith. t. 49. Willugb. ornith. 288. t. 72. Raj. av. 143. n. 3.*

Auſtr. Eißente mit weiſſer Platten.

Habitat *hyemali tempore in fluviis, præſertim circa* Moosbrunn.

Victitat *iisdem.*

17. ANAS toto corpore fuſca macula alarum alba.

Auſtr. Mohrente.

Habitat *in paludibus.*

Victitat *iisdem.*

DESCRIPTIO. *Magnitudo* anatis clypeatæ germanicæ, ſeu Penelope paulo minor. *Caput* totumque *corpus* ſupra fuſcum, ſubtus teſtaceo-fuſcum; *macula* alarum alba, quam

quam remiges secundariæ apicibus nigris alias albæ constituunt. *Alæ* subtus albidæ; *Rostri* maxilla superior nigra, inferior plumbea *pedes* plumbei; *linguæ* apex trilobus. *Iris* fusca. *Fœmina* erat quam descripsi.

18. ANAS macula alarum viridi; linea alba supra oculos. *Linn. Fn. Suec. 108.*
Kernell. *Gesn. av. 107.*
Kernell argentoratensis Gesneri. *Aldr. ornith. l. 19. c. 33.*
Querquedula prima. *Willugb. ornith. 291. Raj. av. 148. n. 9.*
Querquedula altera. *Willugb. ornith. t. 74.*
Austr. Krickantl.
Habitat *in lacubus, fluviis, & paludibus passim.*
Victitat *iisdem.*

19. ANAS macula alarum viridi: linea alba supra infraque oculos. *Linn. Fn. Suec. 109.*
Querquedula. *Gesn. av. 105.*
Phascus s. Querquedula minor. *Aldr. ornith. l. 19. c. 31.*
Querquedula secunda. *Willugb. ornith. 290. Raj. av. 147. n. 6.*
Austr. Rothantl, Pfeiffantl.
Habitat *in fossis, lacubus, paludibus, & fluviis ubique.*
Victitat *quibus congeneres.*

MERGUS.

1. MERGUS crista dependente capite nigro cærulescente, collori albo. *Linn. Fn. Suec. 113.*
Merganser. *Aldr. ornith. l. 19. c. 63. Willugb. ornith. 253. t. 64. Raj. av. 134. n. 1. Mars. danub. 78. t. 37.*
Austr. Meer-Rache.
Habitat *hyeme, & initiante vere in fluviis, & lacubus, præsertim in fluvio* Fischa, *utpote qui raro vel nunquam congelatur.*
Victitat *piscibus.*

2. MERGUS crista dependente cinereo albus, capite castaneo; pedibus luteis.
Austr. Braunkopfiger Tilger, Taucher.
Habitat *hyeme in fluviis & lacubus passim.*
Victitat *iisdem.*

DESCRIPTIO. *Magnitudo* anatis torquatæ, *Rostrum* cylindraceum rubrum denticulis recurvis subulatis. *Caput* castaneum, crista dependens; *Gula* alba, collum antice ci-

 nereo

nereo & albo nebulofum. *Pectus* & *abdomen* alba; *collum* pone, *dorfum*, & *alæ urrhopyghiumque* & *cauda* cinerea. *Macula* alarum alba. *Remiges* primores nigræ, fubfequentes & ultimæ pededentim magis cinereæ, mediæ maculam conftituentes albæ. *Pedes* lutei.

3. MERGVS criftatus nigro, alboque varius; utrinque ad dorfi alarumque principium duobus femicirculis nigris.

Habitat *hyemali tempore in lacu* Nifchiterienfi, *&* *in fluviis*.

Victitat *pifcibus*.

DESCRIPTIO. *Magnitudo* circiter penelopis vel paulo major. *Roftrum* cylindraceum nigrum dentatum apice maxillæ fuperioris incurvato maculaque ut maxillæ inferioris apex fordide albente notato. *Caput*, *collum*, *pectus*, & *venter* albent; utrinque inter roftrum & oculum macula magna nigra, ut & utrinque in occipite macula alia oblonga nigra. *Dorfum* nigrum, a quo femicirculus niger utrinque per colli bafin excurrit, ficut utrinque alius elegans femicirculus niger priore major ab alarum bafi ortus per pectus excurrit. *Alæ* verfus fcapulas albæ lineis hinc inde nigris; humeri nigri Remigum bafin tegentes feu tectrices primi ordinis albæ, fecundi ordinis nigræ extremitatibus albis. *Remiges* (exceptis primoribus fex atris & corpori proximis quinque cinereis) nigræ funt apicibus albis, ita ut complicata ala una cum tectricibus fecundi ordinis confideratæ maculas duas nigras lineis duabus albis diftinctas conftituant. Urrhopyghium & cauda cinerefcunt. *Ilia* & *femora* alba fubtiliffimis lituris, & undulis nigricantibus depicta. *Pedes* nigri, membrana ad digitum extimum lobata. *Caput* criftatum, crifta tamen non dependens. *Fœmina* a mare diftinguitur. *Dorfo* magis fufco; macularum in occipite abfentia, quod una cum vertice rufefcit; femicirculorum in pectore rudimentis tantum confpicuis. *Roftro*, & *pedibus* plumbeis.

4. MERGVS vertice & fronte caftaneo-ferruginea; capite fubcriftato; pedibus nigris; nigro cinereo, alboque varius.

Auftr. Kleines Taucherl, kleines Eißantl, Tuckantl.

Habitat *hyeme in fluviis*, *lacubus*, *&* *paludibus*.

Victitat *pifcibus*.

DESCRIPTIO. *Magnitudo* Querquedulæ; *roftrum* cylindraceum nigrum dentatum, apice maxillæ fuperioris incurvato, ma-

maculaque ut maxillæ inferioris apex ſordide albente notato. *Frons vertex*, *occiput*, & *aures* caſtaneo ferruginei coloris. *Gula*, *buccæ*, & *tempora* alba. *Collum* anterius & *pectus* cinerea, poſterius vero & *dorſum* atra extremitatibus pennarum cineraſcentibus. *Venter* albus in alis complicatis *maculæ* ſeu faſciæ duæ nigræ lineis pariter duabus albis diſtinctæ. *Remiges* & *rectrices* nigreſcunt extremitatibus fuſcis. *Pedes* nigri.

PELECANUS.

. Pelecanus gula ſaccata.
Onocrotalus gula ſaccata. *Linn. Syſt. natur. 23.*
Auſtr. Nimmerſatt.
Habitat *in fluviis* Hungariæ.
Hoſpitatur *in vivario* Bellifontano Auguſtiſſimi Imperatoris noſtri, & *in vivario* Ebergaſſingenſi S. P. de Lichtenſtein.
Victitat *piſcibus*.

LARUS.

. Larus roſtro pedibusque miniaceis, vertice & nucha atris, dorſo cano; abdomine albo.
An Sterna rectricibus extimis dimidiato-albis nigrisque *Linn. Fn. Suec. 127.*
Auſtr. Grauer Fiſcher.
Habitat *circa paludes rarius*.
Victitat *piſciculis*.
Descriptio. *Magnitudo* turdi. *Roſtrum* & *pedes* miniacei ſeu cinnabarini, maxilla inferior infra apicem gibba; pedes natatori, *frons vertex* & *nucha* atra; *dorſum* & *alæ* canæ. *Gula*, *buccæ*, & *tempora* alba. *Collum* antice, *pectus*, *urrhopyghium* & *abdomen* albentia, *cauda* bifurcata alba: *rectricibus* duabus extimis longiſſimis dimidiato albis nigrisque.

SCOLOPACES.

ARDEA.

Ardea vertice papilloſo. *Linn. Fn. Suec. 131.*
Grus. *Bellon. icon. 41. b. Geſn. av. 529. Aldr. ornith. l. 20. c. 5. Jonſt. ornith. 166. t. 54. Willugb. ornith. 200. t. 48. Raj. av. 91. n. 1.*

Y 5 Au-

Auſtriacis Kranich.

Habitat *rarius apud nos transmigrans.*

Hoſpitatur *autem hinc inde in prædiis magnatum, præſerti olim in domo* Archiepiſcopali.

Victitat - - - -

2. ARDEA tota alba; capite lævi, roſtro luteo.

Ardea alba tota capite lævi. *Linn. Fn. Suec. 132.*

Ardea alba major. *Raj. av. 99. n. 4. Willugb. ornith. 203*

Auſtr. Groſer weiſſer Rager.

Habitat *circa paludes rarius.*

Victitat *piſcibus.*

3. ARDEA tota alba, criſta dependente, roſtro ſuperius nigro, inferius albido, pedibus nigris.

Auſtr. Kleiner weiſſer Rager.

Habitat *ſubinde apud nos autumno, & vere. Præſertim ann 1753. Gregatim ad ripas fluviorum, paludum, & præcipu lacus* Niſchiterienſis habitabat.

Victitat *piſcibus; ſequente duplo minor eſt.*

4. ARDEA cinereo alba criſta dependente.

Ardea criſta dependente. *Linn. Fn. Suec. 133.*

Ardea cinerea. *Jonſt. ornith. 151. t. 50.*

Ardea cinerea major. *Aldr. ornith. l. 20. c. 9. Willugb ornith. 203. t. 49. Raj. av. 98. n. 1.*

Auſtr. Blauer Rager.

Habitat *ubique juxta paludes, fluvios, piſcinas, & lacus.*

Victitat *piſcibus.*

5. ARDEA vertice dorſoque rufis, remigibus nigris, pectore teſtaceo; criſta dependente.

Auſtr. Rother Rager.

Habitat *autumno & vere paſſim juxta paludes, & fluvios.*

Victitat *piſcibus.*

DESCRIPTIO. *Magnitudo* ardeæ cinereæ vulgaris. *Roſtrum* luteum ſuperius nigrum, *pars faciei* nuda flava. *Vertex* rufus ad ferrugineum declinans. *Frons* nigra, *criſta* dependens. *Collum* rufum; pennarum dorſalium, & alarum tectricum diſcus fuſcus; limbus rufus. *Remiges* nigræ. *Rectrices* obſcure cinereæ. *Gula* alba. Cæterum tota avis ſubtus teſtacea maculis in collo & pectore longitudinalibus nigris. *Femora* ſeminuda flava. *Tibiæ* antice, & digiti ſuperius nigri: poſtice tibiæ & digiti ſubtus flavi. Ungues fuſci. *Palpebræ* & *irides* flavæ, *pupillæ* nigræ. *Plumæ* in pectore & abdomine ſub pennis abſconditæ flavæ.

6. AR-

Ardea cinereo fuſca ſubtus caſtaneo-ferruginea criſta dependente.

Auſtr. Brauer Rager.

Habitat *juxta paludes rarius, præcedente multo minor.*

Victitat *piſcibus.*

Annotatio. *Dorſum* fuſcum diſco pennarum obſcuriore *pectus* & *pars* abdominis caſtaneo ferruginea. Hujus deſcriptionem tradere hactenus non potui, cum ejus exuvias devoraverint dermeſtes.

Ardea cinereo, nigro, alboque varia; criſta horizontali ex tribus pennis longitudine roſtri compoſita.

Ardea cinerea minor. *Aldr.*

Auſtr. Nacht-Rabe.

Habitat *vere apud nos transmigrans; inſidet arboribus & præſertim ceraſo pado.*

Victitat *piſcibus.*

Descriptio. *Magnitudo* Galli. *Roſtrum* nigrum. Pars *faciei* nuda cærulea. *Iris* coccinea: *pupilla* nigra. *Vertex* niger. *Collum* antice & *abdomen* ac *femorum* pars plumis tecta albicant; *collum* pone; *alæ*, & *cauda* cinereæ; *dorſum* nigrum viride reſplendens. In *occipite* pennæ tres albæ longiſſimæ tenuiſſimæ horizontaliter extenſæ. *Femora* ſeminuda ac *pedes* lutei ſ. ochrei. *Ungues* fuſci. *Fæmina* a mare diſtinguitur pennis his tribus in capite brevioribus, apicibus nigricantibus.

Ardea teſtaceo fuſca, capite lævi.

Auſtr. Mittere Mooß-Kuh.

Habitat *paſſim in paludoſis, inſidet fruticibus.*

Victitat *piſcibus.*

Descriptio. *Magnitudo* exacte præcedentis, ſeu *galli. Roſtrum* fuſcum. Pars *faciei* nuda livida, ſeu colorem qui in contuſionibus evaneſcente cæruleo conſpicitur, & nigro luteus evadit æmulans. *Iris coccinea. Vertex* nigro fuſcus ſoli expoſitus viride reſplendens. *Dorſum* fuſcum; alarum tectrices fuſco cinereæ; *Remiges* cinereæ apicibus albis. *Rectrices* cinereæ. Subtus tota avis teſtaceo albida, maculis in collo longitudinalibus cinereo-fuſcis. *Femora* ſeminuda & *pedes* teſtacei ſeu pallide ochrei; *ungues* fuſci.

Ardea vertice nigro, collo pallido maculis longitudinalibus ferrugineo nigris; pedibus viridibus.

Ardea

Ardea vertice nigro; pectore pallido maculis longitudinalibus nigricantibus. *Linn. Fn. Suec. 134.*
Ardea Stellaris. *Willugb. ornith. 207. t. 50. 52. Raj. av. 10. n. 11.*
Austr. Mooßkuh, Rohrtrummel.
Habitat *ubique in paludibus.*
Victitat *piscibus.*

10. Ardea vertice, dorsoque nigris, collo antice & alarum tectricibus lutescentibus.
Austr. Stauden-Nagerl, kleine Mooßkuh.
Habitat *juxta paludes seu in paludosis passim insidet fruticibus.*
Victitat *pisciculis.*

Descriptio. *Magnitudo* turdi seu ortygometræ. *Rostrum* & pars nuda *faciei* flava. *Vertex dorsum, urrhopyghium* & *cauda* supra nigra. Pennæ ad alarum basin sitæ, remigesque superne nigræ, inferne cinereæ. *Alarum tectrices, collum* antice, *pectus abdomen* & *femora* lutescunt. In pectore, & ad principium dorsi pennarum quarundam discus niger, limbus lutescens. *Femora* ad genua usque in hac specie plumis tecta. *Pedes* antice virides, postice flavi; ungues fusci, postico reliquis majore. *Iris* crocea.

11. Ardea nigra; pectore abdomineque albo. *Linn. Fn. Suec. 135.*
Ciconia nigra. *Aldr. ornith. l. 20. c. 2. Willugb. ornith. 211. Raj. av. 97. n. 2. Gesn. av. 273.*
Austr. Schwarzer Storch.
Habitat *circa lacum* Nischiteriensem *rarius in* Hungaria *inferiore copiose.*
Hospitabatur *olim in vivario* S. P. Eugenii.
Victitat - - - - -

12. Ardea alba remigibus nigris. *Linn. Fn. Suec. 136.*
Ciconia. *Bellon. icon. 45. a. Gesn. av. 262. Aldr. ornith. l. 20. c. 1. Jonst. ornith. 147. t. 50.*
Ciconia alba. *Willugb. ornith. 210. Raj. av. 97. n. 1.*
Austr. Storch.
Habitat *in pratis, & juxta paludes, nidificat in fumariis.*
Victitat *quadrupedum minorum aviumque pullis, ranis, serpentibus.*

RECVRVIROSTRA.

1. Recvrvirostra albo nigroque varia. *Linn. Fn. Suec. 137.*

Avo

Avosetta, Recurvirostra. *Gesn. av. 232.*
Avosetta italis dicta. *Aldr. ornith. l. 19. c. 64.*
Recurvirostra avosetta italorum. *Willugb. ornith. 240. t. 60. Raj. av. 117.*
Austr. Krumbschnabl.
Habitat *copiose circa lacum* Nischiteriensem.
Victitat *insectis.*
Observatio. *Urrhopyghium* & *dorsum* in nostra alba; *macula* alba parva sub, sed non supra oculum utrinque conspicua.

ORTYGOMETRA.

Ortygometra alis rufo-ferrugineis. *Linn. Fn. Suec. 162.*
Ortygometra. *Aldr. orn. l. 13. c. 23. Willugb. ornith. 522. t. 29.*
Crex Aristotelis. *Turn.*
Austr. Wachtel-König.
Habitat *passim in pratis, & inter segetes, ac in carectis.*
Victitat *insectis.*
Ortygometra alis fuscis, lumbis nigris lituris transversis albis.
An Ortygometra alis fuscis. *Linn. Syst. natur. 25.*
Austr. Wasser-Hennl.
Habitat *in pratis, & circa paludes in fine autumni, & versus principium hyemis.*
Victitat - - -
Descriptio. *Magnitudo* præcedentis, seu turdi. *Corpus* ad latera compressum exacte præcedentis. *Rostrum* tamen non adeo gallinaceum, sed capite longius, digitis brevius, compressum acutiusculum supra fuscum, maxillæ superioris marginibus & maxilla inferiore præsertim in mare miniaceis. *Capitis* latera, *pectus*, & *collum* subtus, cinerea. *Gula* in aliquibus pallidior, in aliis æqualis; *dorsum*, *collum* supra & *caput* supra maculis nigris subfuscisque cortices arborum colore æmulantibus varia. Sub *cauda* albo nigroque maculata est, ita ut *hypochondria* & abdominis maxima pars nigra lituris transversis albis præsertim in mare videatur; ad podicem tamen testaceo admixto. *Femora* seminuda, pedesque tetradactyli, in *mare* sordidi, in *fæmina* obsolete fusci; *iris* rubra, *pupilla* nigra.

NV-

NVMENIVS.

1. NVMENIVS roſtro arcuato, alis nigris: maculis niveis, pedibus cærulefcentibus. *Linn. Fn. Suec. 139.*
   Numenius f. Arquata. *Geſn. av. 222.*
   Numenius. *Aldr. ornith. l. 20.*
   Numenius Aldr. f. Arquata. *Willugb. ornith. 216. t. 54. F. 1. 2.*
   Numenius f. Arquata major. *Raj. av. 103. n. 1.*
   Auſtr. Goiſſer, Brach-Schnepf.
   Habitat *ubique circa paludes gregatim.*
   Victitat *inſectis.*
2. NVMENIVS roſtro arcuato; corpore caſtaneo; alis & cauda cæruleo, viridi, violaceoque ſplendentibus; pedibus, obſcure virentibus.
   Auſtr. Türkiſcher Goiſſer, türkiſcher Schnepf.
   Habitat *circa lacum* Niſchiterienſem *præſertim.*
   Victitat *inſectis.*

DESCRIPTIO. *Magnitudo* prioris, figuraque eadem. *Roſtrum* tamen fortius, arcuatum nigrum; *faciei* pars a roſtro ad oculos nigra nuda. *Vertex*, *capitis* latera, & *collum* antice maculis parvis cinereo-nigris albisque variegatum. *Occiput*, *collum* poſterius, *pectus*, *abdomen* & *dorſum* caſtanea; *femora* ferruginea magis. *Urrbopyghium*, pars dorſi vicina, *Rectrices*, ac *alæ* cæruleo, viridi, violaceoque ſplendentes. *Pedes* cæruleo-virides, ſeu marini coloris. *Digiti* membrana connexi. Variat ſubinde *toto corpore* nigro cæruleum viride, & violaceum ſplendente.

3. NVMENIVS roſtro arcuato, pectore albo maculis cordatis; pedibus nigris.
   Auſtr. Kleiner Goiſſer.
   Habitat *in pratis paludoſis.*
   Victitat *inſectis.*

DESCRIPTIO. *Magnitudo* præcedentibus multo minor, circiter Vanelli. *Roſtrum* arcuatum nigrum. *Gula* alba. *Capitis* latera & *collum* alba maculis longitudinalibus fuſcis. *Vertex dorſum* & *alæ* albo nigro teſtaceoque maculatæ, ſeu Scolopacini coloris. *Remiges* primores tres fuſcæ reliquæ fuſcæ maculis ſeu faſciis albis pedetentim magnitudine & numero creſcentibus ita ut ultimæ ſicut dorſum fuſco teſtaceo & albo variegatæ ſint. *Pectus* album ma-

maculis cordatis ob rachin ad illas nigram quasi petiolatis, seu figuram Pique in chartis gallicis expressam exacte referentibus. *Abdomen* & *femorum* pars pennis tecta alba. *Urrhopyghium* album maculis oblongis nigricantibus paucissimis; *Rectrices* albæ fasciis raris nigricantibus. *Femora* seminuda & *pedes* nigri. *Digiti* marginati membrana connexi.

NVMENIVS Urrhopyghio albo; rectricibus nigris, basi albis; remigibus transversa alba macula: exceptis quatuor primis. *Linn. Fn. Suec. 144.*

Austr. Stock-Schnepf.

Habitat *in pratis.*

Victitat *insectis.*

[OB]SERVATIO. *Rostrum* rectum longissimum ad latera luteum apice utriusque maxillæ glabro nigro cochlearis auricularis ad instar excavato. *Pedes* longissimi nigri. *Fæminæ caput*, *collum*, & *pectus* cinerea magis.

NVMENIVS rostri apice lævi; capite linea utrinque nigra; rectricibus nigris apice albis. *Linn. Fn. Suec. 141.*

Rusticula s. Perdix rustica major. *Gesn. av. 502.*

Scolopax s. Perdix rustica, *Aldr. ornith. l. 20. c. 51.*

Scolopax. *Willugb. ornith. 213.*

Scolopax, Gallinago maxima. *Raj. av. 104. n. 1.*

Austr. Wald-Schnepf.

Habitat *potissimum autumno & vere transmigrans in hortis, sylvis cæduis, ac in pascuis udis illis vicinis; in quibus boves de die pascuntur. Raro apud nos nidificat.*

Victitat *vermibus.*

[OB]SERVATIO. Avis hæc septentrionalium provinciarum æstivo tempore incola est; ubi plerumque nidificat, nec æstate in regionibus calidioribus vitam sustentate posset lumbricis potissimum victitans: quare tam diu tantum moratur in regionibus quas accessit, quam diu immisso in terram rostro (quod in cultis & bovum excrementis conspicitur) alimentum adipisci conceditur. Congelanda autem terra appropinquante hyeme in provinciis septentrionalibus, australiores petit; hinc circa plenilunium mensis octobris (nisi anni constitutio maturius vel tardius frigus causaverit) plerumque austriam transmigrat, italiam aliasque australes provincias petens, ibi tam diu manet donec appropinquante sole lo-

ca

ca uda huic avi amica exſiccari pertimeſcat, tunc rurſus circa plenilunium potiſſimum menſis Martii per auſtriam matrimonio juncta ad ſeptentrionales provincias redit; de nocte potiſſimum volitans.

6. NUMENIUS capite lineis quatuor fuſcis longitudinalibus, roſtri apice tuberculoſo; femoribus ſeminudis. *Linn. Fn. Suec. 143.*

Gallinago ſ. Ruſticola minor. *Geſn. av. 503.*

Scolopax ſ. Gallinago minor. *Aldr. ornith. l. 20. c. 53.*

Gallinago minor. *Willugb. ornith. 214. Raj. av. 105. n. 3.*

Auſtr. Mooß = Schnepf.

Habitat *in carectis.*

Victitat *vermiculis.*

TRINGA.

1. TRINGA capite rufo; collo antice pennis longiſſimis atris obſito, pedibus luteis.

Auſtr. Kröſler.

Habitat *in pratis.*

Victitat *inſectis.*

DESCRIPTIO. *Magnitudo* pici viridis circiter. *Roſtrum* fuſcum; *caput* & *collum* poſtice ferrugineum; *collum* antice pennis longiſſimis atris barbam quaſi diſperſam referentibus tectum; *pectus* nigro maculatum, *abdomen* album. *Dorſum* ferrugineum maculis liturisque nigris. *Alæ* cinereæ magis remigibus fuſcis parte tecta pallidiore: *Remigum* ultimarum tectrices ferrugineæ lituris nigris, apice vero macula rhomboidali nigra ſemicirculo albo cincta notato. *Urrhopyghium* cinereo fuſcum limbo pennarum pallidiore; *Rectricum* ſuperiores tectrices intermediæ teſtaceo-fuſcæ faſciis nigris: extimæ albæ maculis transverſis nigris. *Rectrices* fuſcæ maculis transverſis nigris, apex earum pallidior. Inferiores rectricum tectrices albæ apicis diſco macula longitudinali nigra. *Femora* ſeminuda, & *pedes* lutei, *ungues* nigri. *Avis pugnacis* ſpecies eſt hæc Tringa, ut & ſequens diſtincta tamen ab illa quam clariſſimus Linnæus in Fauna ſuecica numero 145. deſcripſit.

2. TRINGA vertice, & collo poſtice nigro; antice collo pennis longis teſtaceis lituris, maculisque nigris obſito, pedibus fuſcis.

Auſtr.

Auſtr. Kröſzler.
Habitat *cum præcedente.*
Victitat *iisdem.*
DESCRIPTIO. *Magnitudo* & figura præcedentis. *Roſtrum* fuſcum, *vertex* & *collum* poſtice atra. *Capitis* latera teſtacea nigro maculata. *Gula* alba. *Collum* antice pennis longis teſtaceis lituris maculisque nigris variegatis tectum. *Pectus* albidum nigro maculatum. *Venter* albus. *Dorſum* cinereo fuſcum maculis nigris nitidis. *Alæ* cinereo fuſcæ. *Remiges* fuſcæ, ea qua teguntur parte albidæ. *Remigum* corpori proximarum tectrices fuſcæ in apice macula nigra nitida verſus extremitatem ſemicirculo albido, ſuperius ſemicirculo irregulari rufeſcente notatæ. *Urrhopyghium* & *Rectrices* ex fuſco cinereſcunt: *Rectricum* quædam tectrices ſuperiores & intermediæ rufo nigroque maculatæ, laterales albæ. *Femora* ſeminuda, & *pedes* fuſci. *Ungues* nigri.

TRINGA roſtro lævi, corpore cinereo lituris nigris, ſubtus albo. *Linn. Fn. Suec. 147. t. 1.*
Gallinula aquatica hypoleucos, *Geſn. av.*
Gallinula hypoleucos. *Aldr. ornith. 3. p. 469.*
Tringa minor. *Willugb. ornith. 223. t. 35. Raj. av. 108. n. 5.*
Auſtr. Sandlaufferl.
Habitat *ad lacus, paludes, & ripas fluviorum.*
Victitat *inſectis.*

TRINGA criſta dependente, pectore nigro. *Linn. Fn. Suec. 148.*
Capra, Capellus, Vanellus. *Bellon. icon. 49. a.*
Vanellus. *Geſn. av. 764.*
Capella ſ. Vanellus. *Aldr. ornith. l. 20. c. 63. Willugb. ornith. 228. t. 57. Raj. av. 110. n. 1.*
Vanellus ſ. Capella, *Jonſt. ornith. 164. t. 27.*
Auſtr. Kiwitz.
Habitat *ubique in pratis udis.*
Victitat *inſectis.*

TRINGA roſtro nigro, baſi rubra: pedibus coccineis. *Linn. Fn. Suec. 149.*
Totanus, *Raj. av. 107. n. 7.*
Auſtr. Rothfüſzler.
Habitat *ad paludes, & præſertim circa lacum* Niſchiterienſem.
Victitat *inſectis.*

CHARADRIVS.

1. CHARADRIVS nigro luteſcenteque variegatus, pectore concolore. *Linn. Fn. Suec. 157.*
Pluvialis viridis. *Willugb. ornith. 229. t. 57. Ráj. av. 111. n. 7.*
Auſtr. Brachhennl.
Habitat *in campeſtribus gregatim.*
Victitat *inſectis.*

2. CHARADRIVS pectore nigro, fronte nigricante lineola alba, vertice fuſco. *Linn. Fn. Suec. 159.*
Charadrios. *Jonſt. ornith. 166. t. 53.*
Charadrios, ſ. Hiaticula. *Aldr. ornith. l. 20. c. 67.*
Charadrius, ſ. Hiaticula. *Willugb. ornith. 230. t. 57. Raj. av. 112. n. 6.*
Auſtr. Grießhennl.
Habitat *ad ripas arenoſas fluviorum, & lacuum.*
Victitat *inſectis.*

GALLINÆ.

STRVTHIO.

1. STRVTHIO. *Linn. Syſt. natur. edit. Stockh. 2. p. 47.*
Struthio - Camelus. *Dodart. Gall. 335.*
Auſtr. Strauß.
Hoſpitabatur *olim in vivario* S. P. Eugenii.
Victitat - - - -

CASVARIVS.

1. CASVARIVS. *Linn. Syſt. natur. edit. Stockh. 2. p. 47.*
Emeu. *Dodart. Gall. 377.*
Auſtr. Caſuarius.
Hoſpitatur *in vivario* Auguſtiſſimi noſtri Imperatoris.
Victitat - - - -

OTIS.

1. OTIS. *Linn. Syſt. natur. edit. Stockh. 2. p. 47.*
Otis ſ. Tarda. *Aldr. ornith.*

Tar-

Tarda. *Dodart. Gall. 309.*
Auftr. Trap.
Habitat *gregatim in campeſtribus circa* Leytæpontum, Ebergaffing, Rohraviam, & Hamburgum, *alibique circa confinia* Hungariæ.
Victitat *frugibus.*

PAVO.

. PAVO cauda longa. *Linn. Fn. Suec. 162.*
Pavo. *Aldr. orn. l. 13. c. 1. Geſn. av. 656. Jonſt. ornith. 56. t. 22. Willugb. ornith. 112. t. 27.*
Auſtr. Pfau.
Habitat *paſſim in hortis nobilium & curioſorum cicur.*
Victitat *frugibus.*

MELEAGRIS.

. MELEAGRIS. *Linn. Fn. Suec. 164. Bellon. icon. 60. a.*
Gallo-pavo. *Geſn. av. 482. Aldr. ornith. l. 13. c. 4*
Gallo-pavo ſ. meleagris, & numidica avis. *Willugb. ornith. 113. t. 27.*
Gallo-pavo ſ. avis numidica & meleagris quibusdam. *Raj. av. 51. n. 3.*
Auſt. Jadian, Judianiſch, Piphun.
Habitat *ubique ab œconomis culta.*
Victitat *frugibus.*

GALLVS.

. GALLVS cauda compreſſa adſcendente. *Linn. Fn. Suec. 165.*
Gallus gallinaceus, & Gallina. *Aldr. ornith. l. 14. c. 1.*
Gallus gallinaceus. *Geſn. av. 395. Willugb. ornith. 109. t. 26.*
Auſtr. mas. Han, fæmina Henne.
Habitat *ubique ab œconomis culta varietates hujus plurimæ & ſpecioſiſſimæ coluntur in vivario* Ebergaffingenſi. S. P. de Lichtenſtein.
Victitat *frugibus.*
. GALLVS vertice corneo. *Linn. Syſt. natur. 28.*
Gallus niger maculis ovalibus, & orbiculatis. *Barr. 79.*
Gallina Guineenſis. *Worm. muſ. 297.*
Auſtr. Perlhan mas. Perlhenne fæmina.
Habitat *paſſim in hortis, & domibus curioſorum.* Victitat *frugibus.*

PHASIANVS.

1. PHASIANVS cauda erecta, capite lævi.
Phasianus vulgaris. *Raj. av. 56. n. 1.*
Austr. Fasan.
Habitat *passim in sylvis.* Victitat *frugibus.*

TETRAO.

1. TETRAO rectricibus exterioribus, alarum basi alba macula. *Linn. Fn. Suec. 166.*
Urogallus. *Gesn. av. 491. (mas)*
Grygallus major. *Gesn. av. 495. (fæmina)*
Urogallus s. Tetrao major. *Aldr. ornith. l. 13. c. 6. Willugb. ornith. 123. t. 30. Raj. av. 53. n. 1.*
Austr. Auerhan mas. Auerhenne fæmina.
Habitat *in sylvis montanis vallis* Breininæ, *& retro* Scotto-Viennam.
Victitat *baccis, seminibus.*

2. TETRAO omnibus remigibus secundariis a medio basin versus albis, cauda bifurca. *Linn. Fn. Suec. 168.*
Urogallus minor. *Gesn. av. 494. (mas.)*
Grygallus minor. *Gesn. av. 496. (fæmina)*
Urogallus s. Tetrao minor. *Aldr. ornith. l. 13. c. 7.*
Tetrao s. Urogallus minor. *Willugb. ornith. 124. t. 31. Raj. av. 53. n. 2.*
Austr. mas. Birkhan, Schildhan, fæmina Birkhenne.
Habitat *in sylvis montanis.* Victitat *baccis, seminibus.*

3. TETRAO rectricibus albis intermediis nigris apice albis. *Linn. Fn. Suec. 169.*
Lagopus. *Gesn. av. 577.*
Perdix alba s. Lagopus. *Aldr. ornith. l. 13. c. 21.*
Lagopus avis. *Willugb. ornith. 127. t. 32. Raj. av. 55. n. 5.*
Austr. Schneehun, Schneehennl.
Habitat *in alpibus, præsertim in* Schneeberg.
Victitat *seminibus, baccis.*

4. TETRAO rectricibus cinereis punctis nigris fascia lata nigra exceptis intermediis duabus. *Linn. Fn. Suec. 170.*
Gallina corylorum s. Bonasia alberti. *Gesn. av. 229. Aldr. ornith. l. 13. c. 11. Willugb. ornith. 126. t. 21. Raj. av. 55. n. 6.*
Austr. Haselhun.
Habitat *circa* Neobergam *subinde, copiose autem in* Sclavonia, *præsertim circa* Effecium *unde* Viennam *ad forum fertur.*

5. TE-

TETRAO rectricibus cinereis ſuperiore medietate hinc inde rufis. *Linn. Fn. Suec. 171.*
Perdix major. *Geſn. av. 682.*
Perdix rufa major. *Aldr. ornith. l. 13. c. 18.*
Perdix major. *Jonſt. ornith. 68. t. 27.*
Perdix rufa. *Willugb. ornith. 118. t. 29. Raj. av. 57. n. 2.*
Auſtr. Berghun.
Hoſpitatur *in vivario* Auguſtiſſimi noſtri Imperatoris, *nec non hinc inde in domibus curioſorum.*
Victitat *frugibus.*
OBSERVATIO. Mirum hanc avem Sueciæ, & Italiæ indigenam, ac in comitatu Tirolenſi, & in Carniola circa Tergeſtum jamjam habitantem, nunquam in Auſtria ſponte reperiri; ubi tamen pleræque aliæ aves, tam ſeptentrionalium, quam auſtralium magis provinciarum incolæ Auſtriam ſaltem ſubinde accedunt, vel transmigrant.
TETRAO macula nuda coccinea pone oculos; rectricibus ferrugineis. *Linn. Fn. Suec. 172.*
Perdix minor cinerea. *Aldr. ornith. l. 13. c. 19.*
Perdix cinerea. *Jonſt. 68. t. 27. f. 1. Willugb. ornith. 119. t. 29. Raj. av. 57. n. 2.*
Auſtr. Rebhun.
Habitat *ubique in campis, agris, vineis, & fruticetis.*
Victitat *frugibus.*
TETRAO pedibus nudis, corporeo griſeo maculato; linea ſuperciliorum alba. *Linn. Fn. Suec. 173.*
Coturnix. *Geſn. av. 353. Jonſt. ornith. 69. t. 28. Raj. av. 58. n. 6.*
Auſtr. Wachtel.
Habitat *ubique in arvis, & pratis.*
Victitat *frugibus.*

FVLICA.

FVLICA nigricans fronte, & roſtro incarnatis.
Fulica nigricans. *Linn. Syſt. natur. 28.*
Fulica fronte calva æquali. *Linn. Fn. Suec. 130.*
Fulica. *Bellon. icon. 36. b. Aldr. ornith. l. 19. c. 13. Willugb. ornith. 239. t. 59. Raj. av. 116. n. 1.*
Auſtr. Rohrhenul, Blaßl.
Habitat *ubique in paludibus, lacubus, & piſcinis.*
Victitat *piſcibus, ſeminibus, inſectis.*

2. FULICA cinereo fuſca; roſtro viridi baſin verſus coccineo, fronteque coccinea.
Auſtr. Rohrhennl mit rothem Blaßl, kleines Rohrhennl, Waſſerhennl.
Habitat *in nemoribus ad fluvios ſitis populis, & ſalicibus abundantibus.*
Victitat *iisdem.*

DESCRIPTIO. *Magnitudo* Ortygometræ, vel paulo major. *Roſtrum* gallinaceum viride, a naribus ad baſin coccineum; *frons* nuda calva coccinea. *Caput* nigricans; *collum* cinereo-nigrum, *pectus* & *abdomen* cinerea, *pubes* albida; *lumbos* pennæ longæ uno latere cinereæ, altero albæ tegunt. *Dorſum* & *Urrhopyghium* fuſca. Alæ ſuperius fuſcæ inferius cinereæ. Cauda brevis inferius alba macula in medio magna nigra. *Rectrices* fuſco-nigræ. *Pedes* virides, digitum lateribus in hac ſpecie non lobatis ſed tantum marginatis; *femora* ſeminuda ad pennarum principium annulo coccineo cincta, alias flava. *Iris* rubra.

PASSERES.

COLUMBA.

1. COLUMBA cærulescens, collo nitido, macula duplici alarum nigricante. *Linn. Fn. Suec. 174.*
α. Oenas ſ. Vinago. *Aldr. ornith. l. 15. c. 7. Willugb. ornith. 136. t. 35. Raj. av. 62. n. 10.*
Auſtr. Hohltaube.
β. Columba domeſtica ſ. vulgaris, *Willugb. ornith. 130. t. 32.*
Columba domeſtica. *Raj. av. 59. n. 1.*
Auſtr. Feldtaube, Haußtaube, Feldratze.
γ. Columba gutturoſa. *Willugb. ornith. 121. t. 34. Raj. av. 60. n. 2.*
Auſtr. Kropf.
δ. Columba turbita dicta. *Willugb. ornith. 132.*
Auſtr. Türkl.
ε. Columba barbarica ſ. Numidica. *Willugb. ornith. 133. t. 34.*
Auſtr. Indianer.
ζ. Columba cucullata ſ. Jacobea. *Raj. av. 60. n. 6.*
Auſtr. Pareckentaube.
η. Columba percurſor. *Raj. av. 60.*
Auſtr. Plätſcher.

θ. Co-

ϑ. Columba tremula laticauda. *Willugb.*
Austr. Pfauuentaube.
ι. Columba tabellaria, & eques. *Willugb.*
Austr. Bancadeten.
ϰ. Columba Gyratrix. *Willugb.*
Austr. Burzerl, Burzler.
λ. Columba crista duplici una in fronte, altera in occipite.
Austr. Rodler, Trummeltaube, *a voce tympani sonum æmulante.*
Habitat *α. passim in sylvis, in arborum cavitatibus nidificans. β. in muris ecclesiæ* Metropolitanæ Viennensis, *&* *PP.* Jesuitarum *sponte, ac ubique ab œconomis culta. Reliquæ varietates omnes, & diversæ aliæ non recensitæ in columbariis curiosorum.*
Victitat *frugibus.*

COLVMBA collo utrinque albo, pone macula fusca. *Linn. Fn. Suec 175.*
Palumbus major torquatus. *Aldr. ornith. l. 15. c. 5. Willugb. ornith. 135. t. 35. Raj. av. 62. n. 2.*
Austr. Wildtaube, Ringltaube.
Habitat *ubique in sylvis nidificat supra arbores.*
Victitat *frugibus.*

COLVMBA area oculorum nuda coccinea lævi; collo postice semicirculo nigro.
Austr. Wilde Turteltaube.
β. Turtur. *Willugb. & Raj. av. 61.*
Austr. Einheimische Turteltaube, Lachtaube.
Habitat *ubique in sylvis, & nemoribus. β. in domibus passim, culta.*
Victitat *frugibus.*

[D]ESCRIPTIO. *Magnitudo* turdi viscivori, vel paulo major. *Rostri* apex fuscus reliquum, ut & pedes rubrum. *Caput* cinereo cærulescens *fronte* magis cærulea, *gulaque* ex cinereo flavescente, posterius in collo semicirculus latus ex pennis nigris margine albis compositus. *Collum* anterius & pectus ex cinereo rubescunt. *Abdomen* album ad latera cærulescens. Dorsum ferrugineum, *Urrhopyghium* cærulescit, maculis hinc inde ferrugineis. Alarum tectrices ferrugineæ disco nigricante. *Remiges & Rectrices* fuscæ margine pallidiore, extimarum rectricum limbus albus. Vox a palumbo distincta cachinnum humanum æmulans. *β.* colore distincta, seu omnino cinerea circulo in collo nigro, vel alba: omnibus nota.

TVRDVS.

1. TVRDVS flavus; alis extremaque cauda nigris.
   Oriolus (flavus alis extremaque cauda nigris) pupillis rubris. *Linn. Syst. natur. 29.*
   Oriolus. *Gesn. & Willugb.*
   Chlorio. *Aristotelis.*
   Galbula. *Aldr. & Picus nidum suspendens ejusdem.*
   Austr. Gugelfahraus. Norimbergensibus gelber Kirschvogel. Silesiis Pirohle.
   Habitat *passim in nemoribus.*
   Victitat *insectis, baccis, ficubus, & præsertim cerasis, ac prunis alias mala armoniaca dictis.*
2. TVRDVS capite cæruleo, cauda ferruginea.
   Petrocosyphos. *Gesn.*
   Austr. Steinröthl.
   an Turdus rectricibus rufis, duabus intermediis cinereis fascia nigricante, proxima apice cinerea. Linn. Fn. Suec. 187. pullus vel fæmina ejus? *valde enim vere & autumno colore differt, ac secundum ætatem & sexum variat.*
   Habitat *inter saxa; nidificat in lapidicinis.*
   Victitat *erucis, baccis.*
3. TVRDVS ater, rostro palpebrisque fulvis. *Linn. Fn. Suec. 184.*
   Merula nigra. *Bellon. icon. 30. b.*
   Merula. *Aldr. ornith. l. 16. c. 6.*
   Merula vulgaris. *Willugb. ornith. 140. t. 37. Raj. av. 65. n. 1.*
   Austr. Amsel. Amarl.
   Habitat *ubique in sylvis & nemoribus.*
   Victitat *baccis, insectis.*
4. TVRDVS nigricans, rostro flavescente, torque albo. *Linn. Fn. Suec. 185.*
   Merula torquata. *Gesn. av. 607. Aldr. ornith. l. 16. c. 11. Jonst. ornith. 106. t. 39. Willugb. ornith. 143. t. 37. Raj. av. 65. n. 2.*
   Austr. Ringlamsel.
   Habitat *in sylvis montanis.*
   Victitat *insectis, baccis.*
5. TVRDVS nigricans rostro flavescente, torque fusco. *Linn. Fn. Suec. 186.*
   Merula fusca non canora. *Gesn.*

Me-

Merula montana. *Willugb. ornith. 144. t. 38.*
Merula ſaxatilis. *Raj. av. 65. n. 3.*
Auſtr. Stockamſel.
Habitat *in montibus ſylvaticis.*
Victitat *iisdem.*

6. TVRDVS pedibus fuſcis, alis ſubtus albentibus.
Turdus viſcivorus. *Aldr.*
Auſtr. Zaritzer, Miſtler, Zerrer.
Habitat *in ſylvis montanis, hyeme vero ubique in juniperetis.*
Victitat *inſectis, baccis.*

7. TVRDVS rectricibus nigris, extimis margine interiore apice albicantibus, capite cano. *Linn. Fn. Suec. 188.*
Turdus pilaris. *Geſn. av. 753. Aldr. ornith. l. 16. c. 1. Willugb. ornith. 138. t. 37. Raj. av. 64. n. 3.*
Auſtr. Kranabetsvogel, Kranabeter.
Habitat *in ſylvis montanis, hyeme vero ubique in juniperetis.*
Victitat *inſectis, baccis.*

8. TVRDVS alis ſubtus ochreis.
Turdus *ſimplex. Aldr.*
Turdus viſcivorus minor. *Bellon.*
Auſtr. Weindroſchl, Weißdroſchl, Sommerdroſchl.
Habitat *ubique in ſylvis & nemoribus vere & æſtate: autumno avolat. Nidificat in fruticibus.*
Victitat *inſectis, baccis.*

9. TVRDVS alis ſubtus ferrugineis, linea ſupra oculos albicante. *Linn. Fn. Suec. 189.*
Turdus illades ſeu Tylades, vel Iliacus. *Aldr.*
Winſela. *Geſn.*
Auſtr. Rothdroſchl, Walddröſcherl, Winterdroſchl.
Habitat *circa finem autumni, & initium hyemis ubique in ſylvis noſtris, tunc transmigrans, nec vere quamquam iterum tranſeuns apud nos nidificat, jam autem in* Bohemia.
Victitat *inſectis, baccis.*

STVRNVS.

1. STVRNVS roſtro flaveſcente, corpore nigro punctis albis. *Linn. Fn. Suec. 183.*
Sturnus, *Geſn. av. 747. Aldr. orn. l. 16. c. 19. Bellon. icon. 81. a.*

Austr. Starl.

Habitat *in cavis arboribus ubi nidificat, volitat gregatim in pascuis, & vineis de nocte arundines petit.*

Victitat *locustis, baccis, lumbricis, conchis aquaticis, aliisque insectis.*

ALAVDA.

1. ALAVDA crista dependente.
   Alauda cristata. *Aldr. & Bellon.*
   Austr. Kothlerche; Schopflerche.
   Habitat *passim* juxta *pagos, & in pascuis* ubi *nidificat.*
   Victitat *frugibus, insectis.*

2. ALAVDA rectricibus extimis duabus extrorsum longitudinaliter albis intermediis interiori latere ferrugineis. *Linn. Fn. Suec. 190.*
   Alauda sine crista. *Gesn. av. 78.*
   Alauda non cristata. *Aldr. l. 18. c. 12.*
   Alauda vulgaris. *Willugb. ornith. 149. t. 40. Raj. av. 69. n. 1.*
   Austr. Feldlerche.
   Habitat *ubique in agris, & arvis ibique nidificat,*
   Victitat *potissimum frugibus, insectisque & formicarum ovis.*

3. ALAVDA lineola superciliorum alba, torque in collo pallido; cauda brevissima.
   Alauda sylvatica. *Gesn.*
   Alauda arborea. *Willugb.*
   Austr. Ludllerche, Waldlerche.
   Habitat *in arboribus ad sylvarum margines ubi inter frutices nidificat; autumno gregatim in pascuis, & circa furnos lateritios, insidet arboribus.*
   Victitat *frugibus, insectis.*

4. ALAVDA pectore lutescente punctis atris.
   Spipola. *Aldrovandi Bononiensibus.*
   Austr. Breinvogl. Norimbergensibus Krautvogl. Styriacis Schmelvogl.
   Habitat *in pratis, ac campis, autumno initiante præsertim inter olera, insidet arboribus.*
   Victitat *seminibus, vermiculis.*

SITTA.

1. SITTA. *Aldr. ornith. l. 12. c. 38.*

Sitta

Sitta rectricibus fuscis: quatuor margine apiceque albis, quinta apice cana. *Linn. Fn. Suec. 132.*
Picus cinereus f. Sitta. *Gesn. av. 711.*
Sitta f. Picus cinereus. *Willugb. ornith. 98. t. 23. Raj. av. 47. n. 4.*
Austr. Kleuer. *Cum foramen cavæ arboris in qua nidificat luto usque ad exiguum orificium per quod intrare, & exire possit, occludat.*
Habitat *passim in sylvis, & nemoribus.*
Victitat *insectis.*

AMPELIS.

1. Ampelis remigibus quibusdam apice membranaceo terminatis. *Linn. Fn. Suec. 179.*
Garrulus Bohemicus. *Gesn. av. 703. Raj. 85.*
Garrulus Bohemicus Gesneri, Ampelis. *Aldr. Jonst. ornith. 44.*
Austr. Zuserl, Seidenschweiffl.
Habitat *certis annis magna copia apud nos hyemali tempore ubique in sylvis; non tamen omni anno.*
Victitat *baccis, præsertim Juniperinis.*

2. Ampelis dorso griseo, macula ad oculos longitudinali. *Linn. Fn. Suec. 180. t. 2.*
Lanius tertius. *Willugb. orn. 54.*
Lanius minor rufus f. tertius. *Aldr. Raj. av. 18.*
Austr. Dorngreul, Dornheher.
Habitat *ubique in dumetis.*
Victitat *scarabæis, cantharidibus, aliisque insectis, nec non avium minorum pullis.*

3. Ampelis fronte nigra, vertice & occipite rufis, urrhopyghio albo.
Austr. Dorngreul mit rother Platten.
Habitat *in dumetis præcedente f. secunda minus frequens.* Boniæ *italorum vulgaris.*
Victitat *iisdem.*

Descriptio. *Magnitudo* & figura præcedentis, frons nigra; *Occiput* & collum superius ac *vertex* rufa. *Macula* nigra a rostro ad aures extensa, quæ cum frontis nigredine supra & retro oculos unitur, remanente inter oculos & rostrum utrinque macula alba; *dorsum* nigrum. *Urrhopyghium, pectus & abdomen* alba. Scapulæ & alarum tectrices

trices nigræ. *Remigum* primores nigræ verſus baſin macula transverſa alba, mediæ fuſcæ, ultimæ ſ. corpori proximæ albæ, unde in ala complicata macula magna alba. *Rectrices* fuſcæ exceptis extimis quarum extremitates albæ. *Roſtrum & pedes* nigri.

4. AMPELIS cæruleſcens, alis caudaque nigricantibus. *Linn. Fn. Suec. 181.*
Lanius cinereus major. *Willugb. ornith. 53. t. 10.*
Lanius ſ. collurio cinereus major. *Raj. av. 18. n. 3.*
Auſtr. Speralſter, Grigelalſter, Reuntödter.
Habitat *ubique in ſylvis, & dumetis.*
Victitat *ſcarabæis; & parvis aviculis corvorum more.*

OBSERVATIO. Hujus ſpeciei unam viſco cœpi, quæ aviario incluſo Coccothrauſti robuſtiſſimo quamquam roſtro donato inſidiabatur: plures retibus cœpiſſe recordor, dum aviculas ibidem alligatas aggrediebantur, victitant enim avibus minoribus corvorum more. Hac ratione aucupes Auſtriaci ultimas tres ſpecies Alſter, & Heher nuncupant: Nec meo judicio erraret, qui easdem corvis annumeraret, illorum etenim more prædam fruſtatim decerptam devorant; ſic, cum hominis adſpectum refugiat omne animal, nec lapidum & plantarum inſtar fixis hæreat ſedibus, facile botanicus quivis obſervatis ſolum plantarum ſceletis, ſeu cadaveribus exſiccatis genus ſpeciesque debite diſtinguet, aſt conſumatiſſimus quamquam ornithologus avium vita ſpoliatis corporibus tantum conſideratis neutiquam hæc præſtabit. Vox etenim, volandique modus, nidificatio, paſtus perſæpe requiruntur ad genera diſtinguenda, ſpeciesque conjungendas; quæ omnia in concreto ſumta characterem genericum tam clare demonſtrant, ut & tyronibus, ſimplicibusque aucupibus differentia innoteſcat, absque tamen eo quod illam explicare, vel exprimere poſſint expertiſſimi ornithologiæ profeſſores. Nam ita quoque indefeſſa anatomicorum, botanicorumque induſtria in adæquate definiendis glandulis muſcisque fruſtranea hucusque fuit, dum id verbis explicare nequiverunt, quod vel ſimplex ſtructura omni ruſtico patefecit.

LOXIA.

1. LOXIA linea alarum duplici alba. *Linn. Fn. Suec. 176.*
Coccothrauſtes. *Geſn. av. 276. Jonſt. ornith. 37.*

Coc-

Coccothrauſtes ornithologi. *Aldr. orn. l. 16. c. 20.*
Coccothrauſtes vulgaris Geſneri & Aldrovandi. *Willugb. orn. 178. t. 44.*
Auſtr. Kernbeiß, Nußbeiſſer.
Habitat *ubique in ſylvis.*
Victitat *nucleis, ſeminibus.*

2. LOXIA roſtro forficato. *Linn. Fn. Suec. 177.*
Loxia. *Geſn. av. 592. Willugb. ornith. 181. t. 68. Raj. av. 86.*
Auſtr. Krumbſchnabl, Kreuzvogl.
Habitat *in ſylvis abietinis.*
Victitat *ſeminibus abietis, cannabis, Juniperi, aliarumque baccarum nucleis.* Quamquam enim coni abietis vulgatiſſimus ejus ſint cibus, nihilominus tamen hyeme gemmis arborum, & aliarum plantarum ſeminibus quoque victitat. Plures enim aviario incluſas per annos amygdalis, cannabe, baccis aucupariæ, liguſtri, Juniperi, avellanis, & præprimis nucibus alui. Cæterum notandum, quod, quemadmodum ex americanis, Aſiaticis, Africanisque avibus conſtat, elegantiam colorum a climate dependere ſicque colorem nigrum & album in ſeptentrionalibus potiſſimum conſpicuum eſſe, ita loxiæ hujus mas elegantioris coloris in Auſtria & Styria videatur; variat enim colore viridi, luteo, aurantio, & ſæpe ſæpius coccineo.

3. LOXIA artubus nigris, tectricibus caudæ remigumque poſteriorum albis. *Linn. Fn. Suec. 178.*
Rubicilla, ſ. Pyrrhula. *Geſn. av. 733. Willugb. orn. 130. t. 43. Raj. av. 86. n. 5.*
Pyrrhula, ſ. Rubicilla. *Aldr. ornith. l. 17. c. 31. Jonſt. ornith. 122. t. 43.*
Auſtr. Gumpl.
Habitat *paſſim in ſylvis montanis, hyeme ubique.*
Victitat *gemmis arborum, baccis liguſtri, cannabe aliisque ſeminibus.*

OBSERVATIO. *Maxilla* utraque in hoc genere, ac in fringillis & Emberizis mobilis, unde ſemina non integra deglutiuntur, ſed enucleantur.

FRINGILLA.

1. FRINGILLA remigibus antrorſum luteis: extima immaculata; rectricibus duabus extimis toto, reliquis apice albis. *Linn. Fn. Suec. 195.* Can-

Carduelis. *Gesn. av. 242. Aldr. ornith. l. 18. c. 3. Jonst. ornith. 97. t. 37. Willugb. ornith. 189. t. 46. Raj. av. 89. n. 1.*
Chrysomitres Aristotelis.
Austr. Stigliß.
Habitat *ubique in sylvis, fruticetis, & pomariis.*
Victitat *seminibus* præsertim *cannabis, lappæ, & carduorum.*

OBSERVATIO. Tempore autumnali rectrices, & remiges apice albent, vere autem omnino nigræ sunt. Nec alio modo mas a fæmina distingui potest, quam quod scapulæ in mare nigræ, in fæmina cinereæ sint, quod adeo certum est, ut etiam in pullis antequam rubedo in capite appareat jam observetur.

2. FRINGILLA remigibus medio luteis: primis quatuor immaculatis; rectricibus duabus extimis, reliquisque apice albis. *Linn. Fn. Suec. 203.*
Acanthus avicula. *Gesn. av. 1.*
Carduelis croceus. *Alberti.*
Spinus s. ligurinus. *Aldr. ornith. 353. l. 14. f. 28. Willugb. ornith. 192. t. 46. Raj. av. 91. n. 1.*
Ligurinus Spinus. *Jonst. ornith. t. 37.*
Austr. Zeisel, Zeiserl.
Habitat *in alnetis ubique.* Victitat *seminibus, præsertim alni.*

OBSERVATIO. Mirum, quod quamquam infinitus numerus pullorum omni anno in nemoribus Danubialibus statim antequam primas pennas deposuerint jam videatur, & capiatur; nidus tamen vel nunquam vel rarissime aviculis adhuc intus tegentibus reperiatur. Plures quidem nidos ex lanugine pappoque diversarum plantarum, præsertim populi lybicæ &c. Confectos, & ex ramo salicis supra aquas pendentes vidi, quos mihi venatores, & aucupes pro nidis hujus aviculæ obtruserunt; ast nidi Penduli Bononiensium non ligurini fuerunt. Inde fabula inter plebem ventilatur: lapidem in hoc nido contineri, a quo invisibilis reddatur, nec nidum præsentibus adhuc pullis videri, imaginem vero ejus in aqua conspici posse. Derelicto autem ab aviculis nido lapidem a parentibus quoque auferri, & nidum visibilem reddi. Nec desunt furtorum dicti lapidis adminiculo perpetratorum narratiunculæ, quibus literatorum aliqui subscribere non erubescunt. Causa potius cur vacuus sæpe nidus, non vero pullis repletus inveniatur, hæc

hæc videtur, quod verno & æſtivo tempore foliis arboris obtegatur, quibus autumnali tempore delapſis facile queat videri. Cum anno 1745. circa medium Junii Fiſchamentæ una cum amico plantas colligendi cauſa nemora danubialia acceſſerim, vidimus ligurinos marem & fæminam eſcam in roſtro ad cibandos pullos ferre, & alno ad ripam danubii ibidem ſito reiterato volatu inſidere, dum vacuo roſtro iterum avolare, plenoque rurſus redire, idque pluribus vicibus. Aſt omni etiam adhibita diligentia nidum nec in arbore, nec in aqua vicina videre, multo minus invenire, aut pullorum ſibilum percipere potuimus. Revelabit tamen forte dies & ornithologorum induſtria nidum occultantem ligurini aſtutiam.

. FRINGILLA alarum baſi ſubtus flaviſſima. *Linn. Fn. Suec. 198.*

Montifringilla mas. *Jonſt. orr. 99. t. 38.*

Fringilla montana ſ. Montifringilla. *Willugb. orn. 187. t. 45. f. 5.*

Fringilla montana. *Raj. av. 88.*

Auſtriacis Ricowitz, *a corrupta voce Bohemica* Jcawetz, *alibi* Quecker, Piencken.

Habitat *copioſe in ſylvis faginis; autumno gregatim in* Auſtriam *volitans, vere iterum diſcedens.*

Victitat *arborum gemmis, & ſeminibus, præſertim fagi.*

. FRINGILLA artubus nigris; remigibus utrinque albis, tribus primis immaculatis; rectricibus duabus oblique albis. *Linn. Fn. Suec. 199.*

Fringilla. *Geſn. av. 387. Aldr. ornith. l. 13. c. 6. Willugb. ornith. 186. f. 4. t. 45. Raj. av. 88.*

Auſtr. Fink.

Habitat *ubique in ſylvis, & nemoribus; ubi nidificat.*

Victitat *arborum gemmis, ſeminibus.*

OBSERVATIO. *Fringilla artubus, remigibus, rectricibusque nigris. duabus utrinque extimis a medio extrorſum albis. Linn. Fn. Suec. 200. fæmina eſt.* Plurimi mares, & fæminæ gregatim diſcedunt autumno, manent tamen aliqui mares, & quædam fæminæ per hyemem, quemadmodum fæminæ prius avolant, ita tardius redeunt, idque non ſolum in hac ſpecie ſed in plerisque avibus obſervatur.

. FRINGILLA remigibus primoribus antice luteis; rectricibus tribus lateralibus baſi luteis. *Linn. Fn. Suec. 202.*

Chlo-

Chloris. *Gesn. av. 259. Willugb. ornith. 129. t. 44. Raj. av. 85. n. 4.*

Austr. Grünling.

Habitat *ubique in hortis, & in arboribus inter prata sitis.*

Victitat *seminibus.*

6. FRINGILLA rostro corporeque albicante, rectricibus remigibusque virescentibus. *Linn. Fn. Suec. 207.*

Canaria. *Gesn. av. 240.*

Passer canariensis. *Jonst. ornith. t. 36. Willugb. ornith. 192. t. 46. Raj. av. 91. n. 6.*

Austr. Canarien-Vogl.

Habitat *in domibus ubique culta, in aviariis, & cubiculis nidificans. Cum chloride, carduele, & gryllo coit, pullosque utriusque speciei effigiem mixtim referentibus; ast steriles; educat.*

Victitat *seminibus; præsertim cannabis, phalaridis, lactucæ, Myagri, avenæ, Napi &c.*

7. FRINGILLA vertice, collo antice, pectore, & urrhopyghio flavis; dorso virescente; remigibus rectricibusque nigricantibus margine albidis.

Gryllus s. Serinus. *Gesn. Aldr. Willugb.*

Gyrola Alsatis.

Austr. Hirn-Grisserl.

Habitat *in arboribus inter prata sitis.*

Victitat *seminibus, præsertim myagri, Milii.*

OBSERVATIO. Quemadmodum hæc omnium fringillarum minima voce & figura canariam viridem refert, a qua tamen rostro obtusiore, & respectu corporis crassiusculo, ac cantu differt, ita ejus mas cum canaria femina caveæ inclusus omnium lubentissime nidificat, & generat.

8. FRINGILLA remigibus nigris: primoribus margine utroque albis; rectricibus nigris utroque margine albis. *Linn. Fn. Suec. 209.*

Linaria rubra major. *Willugb. ornith. 191. t. 46. Raj. av. 90. n. 2.*

Linaria. *Gesn. & Aldr.*

Miliaria. *Ruellii.*

Austr. Hanefferl, Hämpfling.

Habitat *in nemoribus & vepretis, ac inter hortos & acera campestria passim; nidificat sub fascibus vitis; in hortorum ambulacris; ac inter frutices.*

Victitat *seminibus.*

Ob-

OBSERVATIO. Mas vernali tempore captus elegantius rubet, quam autumnali, ambo tamen caveæ inclusi post duos annos elapsos rubedinem amittunt in vertice & pectore alias conspicuam. An idem si in libertate vivunt? Neque pulli mares a fæminis dignosci possunt, nisi colore dorsi & præsertim scapularum quæ in maribus sive pullis, sive adultis magis rufescunt, in fæminis cinerescunt, evidentiusque sexum distinguendi signum quam vertex, & pectus præbent.

9. FRINGILLA remigibus rectricibusque fuscis margine obsolete pallido, litura alarum albida. *Linn. Fn. Suec.* 210.

Linaria rubra. *Gesn. av.* 591. *Aldr. ornith. l.* 18. *c.* 9.

Linaria rubra minor. *Willugb. ornith.* 191. *Raj. av.* 91. *n.* 3.

Austr. Grasel, Meerzeisel, Tschötscherl.

Habitat *in alnetis per hyemem tantum, gregatim in Austriam volans, nec omni anno accedens.*

Victitat *seminibus, præsertim alni.*

OBSERVATIO. Magna affinitas cum fringilla secunda, seu ligurino cujus potius quam linariæ figuram refert, quare ab aucupibus Viennensibus Meerzeisel, seu ligurinus marinus nuncupatur. Forma fere eadem, modus volandi idem, pedes & ungues fortissimi quibus ramulos aprehendit, alnique fructus erodit uterque, utriusque facies circa rostrum nigricans, gula nigra, in illo vertex niger in hoc coccineus; urrhopyghium in hujus speciei mare & fæmella rubrum quo, sicut & rostro luteo ac gula nigra a præcedente seu Fringilla octava facile distinguitur. Vertex in fæmina ac in mare coccineus. Pectus in mare roseum, in fæmina testaceum. Mas aviario inclusus colorem in pectore roseum intra annum in pallide miniaceum mutat, & post biennium plane amittit remanente tamen semper coccineo colore in vertice utriusque sexus.

10. FRINGILLA remigibus rectricibusque fuscis, gula nigra, temporibus ferrugineis, urrhopyghio testaceo.

Fringilla remigibus rectricibusque fuscis, gula nigra, temporibus ferrugineis. *Fn. Suec.* 212.

Passer. *Gesn. av.* 643.

Passer domesticus. *Willugb. ornith.* 182. *t.* 44.

Paſſer domeſticus ſtruthos. *Raj. av. 86.*
Auſtr. Hauſſpaß.
Habitat *ubique juxta domus, horrea, & mœnia, ſæpius in nidis hirundinis nidulans.*
Victitat *frugibus.*

II. FRINGILLA remigibus, rectricibusque fuſcis, vertice ſpadiceo; urrhopyghio vireſcente.
Paſſer vertice rubro in cavitatibus arborum nidulans. *Alberti.*
Paſſer montanus. *Aldr.*
Auſtr. Feldſpaß, Rohrſpaß.
Habitat *in nemoribus, & ſalicetis; nidificat in cavis arboribus, hyeme tamen pagos petit.*
Victitat *frugibus.*

DESCRIPTIO. *Magnitudo* circiter carduelis, facies exacte præcedentis, vox parum diſtincta. *Mas & fæmina* in hac ſpecie colore non differunt; gula in mare ac in fæmella nigra, *vertex* ſpadiceus, *macula* illa alba in paſſere domeſtico utrinque retro oculum obſervabilis abeſt, ſed illius loco *macula* nigra utrinque ad aures; & *torques* albus in collo, nec *urrhopyghium* ut in præcedente teſtaceum, ſed cinereo viride.

EMBERIZA.

I. EMBERIZA rectricibus nigricantibus, extimis duabus latere interiore, alba acuminata macula, gula pectoreque flavis.
Fringilla rectricibus nigricantibus, extimis duabus latere interiore alba acuminata macula. *Linn. Fn. Suec. 205.*
Emberiza flava. *Geſn. av. 653. Willugb. ornith. 196. t. 40. Raj. av. 93. n. 2.*
Luteæ alterum genus. *Aldr.*
Chloris ſ. lutea. Ariſtotelis. *Turn. hiſt.*
Hortulanus. *Bellon. av.*
Gurſa vel Ameringa. Alberti.
Auſtr. Ammering, Goldammering, Emmerling.
Habitat *vere & æſtate ubique in nemoribus, & ſylvarum marginibus, hyeme juxta domos, horrea, viasque publicas. Nidificat inter frutices.*
Victitat *frugibus, & præſertim avena.*

2. EMBERIZA rectricibus nigricantibus extimis duabus latere in-

interiore alba acuminata macula; gula, lineaque a rostro per aures extensa nigris.

Austr. Gelbköpfige Wiesen = Ammering. Bononiensibus Cillo.

Habitat *vere in campis, & nemoribus rarius.*

Victitat *frugibus.*

3. EMBERIZA capite cinereo lineis nigricantibus variegato.

Cirlus. *Willugb.*

Cia Bononiensium sylvatica lutei congemer. *Aldr.*

Austr. Steinemmerling, grauköpfige Wiesen = Ammering.

Habitat *vere in campis, fruticetis, & sylvarum marginibus.*

Victitat *frugibus.*

4. EMBERIZA capite virescente, annulo circa oculos gulaque flavescentibus.

Fringilla remigibus nigris: primis tribus margine albidis: rectricibus nigris: lateralibus duabus extrorsum albis. *Linn. Fn. Suec. 208.*

Hortulana. *Gesn. av. 561.*

Hortulanus. *Jonst. ornith. t. 37. Willugb. ornith. 197. t. 40. Raj. av. 94. n. 6.*

Austr. Ortulan.

Habitat *in campis & arboribus inter prata sitis, præsertim circa Medling. Caveæ inclusa noctu canit.*

Victitat *frugibus, præsertim milio.*

5. EMBERIZA capite nigro maxillis rufis, torque albo; corpore rufo nigricante.

Fringilla capite nigro, maxillis rufis, torque albo, corpore rufo-nigricante. *Linn. Fn. Suec. 211.*

Emberiza pratensis. *Gesn.*

Passer torquatus in arundinetis nidificans. *Willugb. orn. 196. Raj. av. 93. n. 3.*

Austr. Rohrammering, Meerspatz.

Habitat *in arundinetis, & pratis.*

Victitat *seminibus, præsertim milio.*

6. EMBERIZA pectore ex albo ochreo punctis nigris maculato.

Fringilla grisea nigro maculata. *Linn. Fn. Suec. 206.*

Emberiza alba. *Gesn. av. Raj. av. 93. n. 1. Willugb. orn. 195. t. 40.*

Alaudæ congener. *Aldr.*

Cenchramus. *Aristot. & Bellon.*

Auftr. Braßler.

Habitat *in campeftribus præfertim circa* Leytæpontum.

Victitat *frugibus*.

7. EMBERIZA remigibus albis: primoribus extrorfum nigris, rectricibus nigris: lateralibus tribus albis.

Alauda remigibus albis: primoribus extrorfum nigris, rectricibus nigris: lateralibus tribus albis. *Linn. Fn. Suec. 194. t. 1. Acad. Stockh. 1740. p. 368. t. 1. f. 9.*

Paffer alpino-lapponicus f. Nivalis. *Act. Upf. 1736. p. 11. n. 16.*

Emberiza prima Avis nivalis. *Linn. Syft. natur. p. 31.*

Montifringilla calcaribus alaudæ f. major. *Willugb. orn. 187. t. 77. Rai. av. 88.*

Auftr. Meerſtiglitz.

Habitat *in campis & juxta vias publicas dum omnia nivibus obtecta funt in Auftriam gregatim transmigrans.*

Victitat *frugibus: nec arboribus infidentem hactenus vidi, caveæ tamen inclufa baculis infidet, ubi milio potiffimum vefcitur, & ultra modum ac hortulanus pinguefcit.*

DESCRIPTIO. *Magnitudo* alaudæ campeftris. *Roftrum* luteum; *caput*, *collum*, *pectus & abdomen* in mare alba, excepto quod *vertex*, linea a roftro per oculos ad aures extenfa, & macula utrinque in pectore magna rufefcant. *Dorfum* in quibusdam nigrum, in aliis grifeo nigroque maculatum. *Urrhopyghium* rufo-teftaceum; *humeri* pennulis nigris margine cinereis in quibusdam teguntur. *Tectrices* alarum primi ordinis ejusdem cum urrhopyghio coloris, quæ dein fenfim albefcunt, alæ complicatæ albæ apicibus verfus terram nigræ, litura tamen rufa in iis quafi confpicua. Cauda nigro alboque varia. *Color* albus in fæmina ad teftaceum declinat. *Pedes* nigri tetradactyli ungue digiti poftici longiffimo.

Anno 1752. dum Viennæ me ad examen fubeundum præparavi, aucupes mihi attulere avem inter defcriptas captam; his quoad figuram quidem fimillimam fed paulo minorem, voce has & fimul hortulanum Gefneri æmulantem; toto corpore pofterius teftaceo, rufo, nigroque variam; in collo & capitis lateribus nigro maculatam; vertice nigricante: ad nucham utrinque albidam; Pedibus nigris ungue digiti poftici longiffimo; roftro ex fulvofufco præcedentis fimillimo. Hæc primo intuitu

tuitu progenies Avis nivalis cum Emberiza torquata videbatur; dein tamen dubitare licuit an fors hæc variatio prioris ſit Avis ignota a Piperino miſſa Geſneri, quam celeberrimus Linnæus in Fauna Suecica p. 74. ulterius examinandam proponit? Quod determinare non audeo, tunc etenim magis neceſſariis ſtudere, & examen aviculæ differre oportuit, interim avis periit.

PENDVLVS.

I. Pendvlvs. *Inſtit. Bonon.*

Auſtr. Rohrſpatz, perſianiſcher Spatz, türkiſcher Spatz.

Habitat *in arundinetis, præſertim hyemali tempore copioſè circa* Leytæpontum.

Victitat *ſeminibus arundinis, Typhæ &c. Vermiculis.*

Descriptio. Aviculam hanc DD. Joſeph Monti in antiquiſſima Europæ univerſitate Bononienſi Botanices & Hiſtoriæ naturalis Profeſſor. Acad. Bonon. Socius mihi ibidem primus monſtravit; nomenque huic aviculæ a dicta ſocietate impoſitum patefecit; dein in patriam redux eandem quoque in Auſtria habitare obſervavi. *Magnitudo* pari caudati; *roſtrum* tenue, fulvum baſi ſubtiliſſimis ſetis tectum, maxillæ ſuperioris apice leviter adunco. *Caput* cinereo cæruleſcens. *Iris* flava, *pupilla* nigra. *Collum* anterius, *pectusque* dilute rubent; *abdomen* album, a roſtro verſus collum *macula* in *mare* utrinque nigra magna ex peculiaribus pennis conſtructa apice a capite diſtante Thracicam barbam exacte æmulans. *Dorſum & Urrhopyghium* ex luteo-ferruginea. Anus niger. *Rectrices* corpore longiores ferrugineæ. *Remiges* 1-6. cinereæ exteriore margine albæ. 7-15. fuſcæ margine exteriore rufo, interiore & apice albis. 16-17. medietas exterior fuſca margine rufo medietas interior alba. *Pedes* unguiculique acutiſſimi nigri. *Fæmina* barba caret. Nidificat in Salicibus ubi nidum ex pappo diverſarum plantarum præcipue tamen Typhæ & populi folio tremulo miro artificio conſtruit, & in ramulum ſacculi ad inſtar ſuſpendit.

MOTACILLA.

I. Motacilla pectore nigro. *Linn. Fn. Suec. 214.*

Motacilla, culicilega, ſuſurada. *Bellon. icon. 88. b.*

Motacilla quam noſtri albam cognominant. *Geſn. av. 618.*
Motacilla alba. *Jonſt. ornith. 120. t. 43. Willugb. ornith. 171. t. 42. Raj. av. 75. n. 1.*
Auſtr. graue Bachſtelze.
Habitat *ubique ad rivos, fluvios, & in pratis.*
Victitat *culicibus, erucis, muſcis.*

2. MOTACILLA pectore abdomineque flavo, rectricibus duabus exterioribus dimidiato oblique albis. *Linn. Fn. Suec. 215.*
Motacilla flava. *Geſn. av. 618. Aldr. ornith. l. 17. c. 24. Willugb. ornith. 172. t. 68. Raj. av. 75. n. 2.*
Auſtr. gelbe Bachſtelze.
Habitat *ubique in pratis udis, & circa paludes.*
Victitat *iisdem.*

3. MOTACILLA pectore albo, capite & collo piceis, corpore nigricante.
Motacilla pectore albo, corpore nigricante. *Linn. Fn. Suec. 216.*
Merula aquatica, ſ. Miliaria. *Geſn. av. 609.*
Merula aquatica. *Jonſt. ornith. t. 53. Willugb. ornith. 104. t. 24. Raj. av. 66. n. 7.*
Auſtr. Waſſer-Amſel, Bach-Amſel.
Habitat *ad rivos inter montes fluentes, præſertim retro monaſterium ad* St. Crucem *vulgo* Heiligencreuz, Viennam Scottenſem *ſeu* Scotto-Viennam, *& in valle* Breinina.
Victitat *inſectis aquaticis, piſciculis.*

ANNOTATIO. In arce Tirolenſi *Ambras* dicta inter alia rariſſima naturalia ibidem aſſervata, monſtratur talis motacilla a duce Maximiliano (ni fallor) hamo dum piſcabatur loco piſcis extracta.

4. MOTACILLA dorſo cano, fronte urrhopyghio & linea ſupra oculos albis.
Motacilla dorſo cano, fronte alba, oculorum regionibus nigris. *Linn. Fn. Suec. 217.*
Oenanthe ſ. Vitiflora. *Willugb. ornith. 168. t. 41. Raj. av. 75. n. 1.*
Oenanthe Ariſtoteli & Plinio. *Jonſt. ornith. 123. t. 45. f. 13.*
Oenanthe Bellonii.
Vitiflora Gazæ.
Cinclus Turneri.

Auſtr.

Auſtr. Steinſchwaßer, Steinſchnapperl.
Habitat *ad lapidicinas*, & *furnos lateritios*, *ac juxta aquas.*
Victitat *inſectis.*

5. MOTACILLA capite & dorſo griſeo nigroque variis; pectore teſtaceo, urrhopyghio rufeſcente.
Oenanthe ſecunda. *Willugb.*
Auſtr. Geſtettenſchlager.
Habitat *in pratis, ſalicetis*, & *præſertim agris* Zea *ſeminatis.*
Victitat *inſectis.*

6 MOTACILLA nigricans, macula alarum magna, ſuperciliisque albis, pectore & gula ochreis.
Motacilla nigricans, ſupercillis albis, macula alarum alba, gula flaveſcente. *Linn. Fn. Suec. 218.*
Montanellus ſ. Muſcicupa tertia. *Aldr. ornith. 735.*
Oenanthe noſtra tertia. *Raj. av. 76. n. 4.*
Muſcicapa noſtra tertia. *Willugb. ornith. 169. t. 41. f. 5.*
Auſtr. Criſtöffl.
Habitat *paſſim in dumetis*, & *fruticetis.*
Victitat *inſectis*, *baccis.*

7. MOTACILLA pectore cæruleo macula flaveſcente albedine cincta. *Linn. Fn. Suec. 220.*
Wegflecklin. *Geſn. av. 796.*
Phœnicuro ſimilis ornithologo. *Aldr. ornith. 749.*
Ruticilla 3. Wegflecklin. *Willugb. ornith. 160.*
Auſtr. Blaukröpfl.
Habitat *in ſalicetis*, & *alnetis præſertim nemorum* danubialium *minus tamen frequens.*
Victitat *inſectis*, *baccis.*

8. MOTACILLA corpore ſubtus teſtaceo, ſupra teſtaceo rufeſcente.
Junco. *Aldr.*
Alcedo. *Bellonii.*
Auſtr. Rohrvogl.
Habitat *in arundinetis; Nidum tribus arundinibus colligatis conſtruit.*
Victitat *inſectis aquaticis.*

9. MOTACILLA rufo-cinerea, genuum annulis cinereis. *Linn. Fn. Suec. 221.*
Luſcinia. *Geſn. av. 592. Aldr. ornith. l. 18. c. 2. Jonſt. ornith. 45.*
Luſcinia ſ. Philomela. *Willugb. ornith. 161. t. 41. Raj. av. 78. n. 2.*

Austr. Au-Vogel, Auen-Nachtigall.

Habitat *in nemoribus danubialibus passim.*

Victitat *insectis, baccis.*

10. MOTACILLA toto corpore rufo, subtus pallidiore.
   Luscinia sepium. *Bellonii.*
   Luscinia minor. *Aldr. & Jonston.*
   Austr. Wald-Nachtigall, Wald-Vogel.

Habitat *ubique in fruticetis sylvorum, & in pomariis.*

Victitat *insectis, baccis.*

11. MOTACILLA gula nigra, abdomine rufo, capite dorsoque cano. *Linn. Fn. Suec. 224.*
   Ruticilla. *Raj. av. 78. n. 5.*
   Ruticilla, Phœnicurus Græc. *Willugb. ornith. 159.*
   Austr. Waldrothschweiffl.

Habitat *ubique in nemoribus danubialibus, pratorum arboribus, & pomariis. Nidificat in cavis arboribus.*

Victitat *insectis, baccis.*

OBSERVATIO. *Fæmina* a mare colore omnino distincta, nisi pedibus, & rostro nigris, ac cauda rufescente cum illo conveniens.

12. MOTACILLA corpore nigro, cauda rufa.
   Austr. Haußrothschweiffl.

Habitat *ad domos & templa, in cavis parietum nidulatur.*

Victitat *insectis, baccis.*

OBSERVATIO. Præcedente duplo major, fæmina magis cinerea cauda rufescente Turribus, & templorum tectis insidens tota die a solis ortu ad occasum usque egregie cantillat. An Passer solitarius italorum.

13. MOTACILLA grisea; gula pectoreque fulvis. *Linn. Fn. Suec. 226.*
   Rubecula s. Erithacus. *Willugb. ornith. 160. t. 38. Raj. av. 78.*
   Austr. Rothkröpfl.

Habitat *ubique in sylvis, pomariis, & fruticetis præsertim autumno.*

Victitat *insectis, baccis, & præsertim seminibus Evonymi.*

14. MOTACILLA fusca capite cinereo, pectore ochreo-testaceo; iridibus croceis.
   Prunella. *Gesn.*
   Passer stultus. *Aldr.*
   Austr. Braunellerl, Prunellerl.

Habitat *passim in sylvis & hortis autumno.* Victitat *insectis, baccis, seminibus.*

15. Mo-

5. MOTACILLA teſtacea ſubtus ſubcinerea pileo obſcuro. *Linn. Fn. Suec. 229.*
Atricapilla ſ. Ficedula. *Aldr. ornith. l. 17. t. 36. Jonſt. ornith. t. 45. Willugb. ornith. 162. Raj. av. 79. n. 8.*
Auſtr. Schwarzplattl.
Habitat *ubique in ſylvis, nemoribus, & hortis ac fruticetis.*
Victitat *inſectis, baccis.*

6. MOTACILLA fronte, torque, pectore, & alarum macula albis: vertice tergo, & cauda nigris.
Atricapilla tertia. *Aldr.*
Auſtr. Meerſchwarzplattl, Baumſchwalbl.
Habitat *in nemoribus in cavis arboribus nidulans.*
Victitat *inſectis, baccis.*

OBSERVATIO. Fæmina a mare tota facie diſtincta eſt, cinerea artubus fuſcis ubi mas nigricat. Figura tabulæ primæ Faunæ Suecicæ non convenit cum Synonymis & definitione clariſſimi Linnæi; videtur numerus 229. a pictore tabularum numeri 230. loco appoſitus fuiſſe, convenit noſtræ deſcriptio Linnæana ſub numero 230. data. Cæterum (ni fallor) deſcripſit hanc aviculam, iconemque dedit Aldrovandus ſub nomine ficedulæ nec dum in atricapillam mutatæ; Aldrovandi, & Jonſtoni per plures annos jam carenti quidquam certi ſtatuere denegatur.

7. FICEDVLA toto corpore teſtaceo-cinereo, pectore & ſuperciliis pallidioribus.
Ficedula cannabina. *Willugb.*
Auſtr. groſſer Spottvogel.
Habitat *in nemoribus paſſim.*
Victitat *inſectis baccis.*

8. MOTACILLA ſubtus albida, ſupra fuſca.
Curucca prima, quam lucarni, & circa lacum Verbanum baccafigos, ſeu ficedulas vocant. *Geſner.*
Auſtr. braune Graſsmucke, kleiner Spottvogl.
Habitat *ubique in hortis, nemoribus, & fruticetis.*
Victitat *inſectis, baccis.*

9. MOTACILLA ſupra cinereo-fuſca, gula pectoreque albis, capite cæruleſcente.
Curucca tertia. *Geſn.*
Auſtr. blaue Graſsmuck, Weiſsbartl, kleiner Dorngreul.
Habitat *in dumetis.*
Victitat *inſectis ſeminibus, baccis.*

20. MOTACILLA grisea alis nigro cinereoque undulatis. *Linn. Fn. Suec. 232.*
Passer troglodytes. *Gesn. av. 651. Willugb. ornith. 164. t. 42. Raj. av. 80.*
Passer troglodytes Bellonii. *Aldr. ornith. l. 17. c. 4.*
Austr. Schneekönig, Könickerl, Zaunschlupferl.
Habitat *passim in nemoribus, & fruticetis; hyeme ubique ad domos in sepibus, & inter fasces, ac ligna. Nidificat sub terra præsertim* Viennam *inter &* Schwechat *in ripis viæ regiæ.*
Victitat *insectis.*

21. MOTACILLA remigibus secundariis exteriore margine flavis, medio nigris. *Linn. Fn. Suec. 255.*
Parus sylvaticus. *Gesn. av. 643.*
Regulus. *Aldr. ornith. l. 17. c. 1.*
Passerculus troglodytes. *Jonst. orn. t. 42.*
Regulus cristatus. *Willugb. ornith. 163. t. 41. Raj. av. 79. n. 9.*
Austr. Goldhannel.
Habitat *autumno ubique in arboribus, æstate in sylvis majoribus.*
Victitat *insectis, baccis.*

22. MOTACILLA cinereo virescens, subtus flavescens superciliis luteis. *Linn. Fn. Suec. 236.*
Regulus alius non cristatus. *Aldr. ornith. l. 17. c. 2.*
Regulus non cristatus. *Willugb. ornith. 164. t. 42. Raj. av. 80. n. 10.*
Austr. Schmittl.
Habitat *in nemoribus* danubialibus, *alibique in sylvis passim.*
Victitat *insectis.*

ANNOTATIO. Rogantur ornithologi in describendis avibus, præsertim motacillis magnitudinem exactam addere non dedignentur.

PARUS.

1. PARUS capite nigro, temporibus albis, nucha lutea. *Linn. Fn. Suec. 238.*
Parus major. *Gesn. av. 640. Bellon. icon. 95. a. Aldr. ornith. l. 17. c. 13.*
Fringillago s. parus major. *Willugb. ornith. 174. Raj. av. 73. n. 3.*

Austr.

Auſtr. Kohlmeiſe.

Habitat *ubique in ſylvis, nidulatur ut congeneres in cavitatibus arborum.*

Victitat *inſectis, nucibus amygdalis, parvis aviculis &c. cibum fruſtatim decerptum devorat, ſicut omnes hujus generis.*

. PARVS capite criſtato. *Linn. Fn. Suec. 239.*

Parus criſtatus. *Geſn. av. 642. f. med. Willugb. ornith. 175. t. 43. Raj. av. 74. n. 6.*

Auſtr. Schopfmeiſe.

Habitat *in ſylvis majoribus paſſim.*

Victitat *inſectis, nucibus.*

. PARVS remigibus cæruleſcentibus: prima margine exteriore alba; vertice cæruleo. *Linn. Fn. Suec. 240.*

Parus cæruleus. *Bellon. icon. 96. a. Geſn. av. 641. Willugb. ornith. 175. Aldr. ornith. l. 17. c. 17.*

Auſtr. Blaumeiſe.

Habitat *ubique in ſylvis.*

Victitat *iisdem.*

. PARVS capite nigro: vertice albo, dorſo cinereo, pectore albo. *Linn. Fn. Suec. 241.*

Parus ater. *Geſn. av. 641. Aldr. ornith. l. 17. c. 19. Willugb. ornith. 175. t. 43. Raj. av. 73. n. 2.*

Auſtr. Speermeiſe, Creuzmeiſe.

Habitat *paſſim in ſylvis.*

Victitat *iisdem.*

. PARVS capite nigro, temporibus albis; dorſo cinereo. *Linn. Fn. Suec. 242.*

Parus paluſtris. *Geſn. av. 642. Willugb. ornith. 175. t. 43. Raj. av. 73. n. 3.*

Auſtr. Hundsmeiſe.

Habitat *ubique in nemoribus danubialibus, alibique inter arbores & in fruticetis juxta aquas.*

Victitat *iisdem.*

. PARVS vertice albo, cauda corpore longiore. *Linn. Fn. Suec. 243.*

Parus caudatus. *Geſn. av. 642. non fig. Willugb. ornith. 176. t. 43. Raj. av. 74. n. 8.*

Parus caudatus ſ. Monticula. *Aldr. ornith. 17. c. 15.*

Auſtr. Belzmeiſe, Pfannenſtiel.

Habitat *paſſim in ſylvis montanis, in fine autumni ubique in ſylvis, & pomariis.*

Victitat *inſectis.*

OB-

OBSERVATIO. An Pari ad corvos referri debent? cum roſtrum hujus generis fortiſſimum, & revera cultratum ſit, baſique ſetis tectum; ac alimenta fruſtatim devorentur & prima ſpecies præſertim unacum fringillis vel congeneribus minoribus caveæ incluſa easdem enecet, & cerebro illarum victitet, voxque garrula obſervetur; modusque volandi idem. Nec obſtare videtur linguæ, ſi quæ datur differentia, ſiquidem alias multæ anatum ſpecies ob linguæ apicem integrum vel trilobum ſeparari deberent; nec roſtrum ſubulatum; quod in corvis plerisque pariter ſubulæ craſſioris figuram refert. Quemadmodum corollæ vel alterius partis magnitudo diverſum plantæ genus neotericis non ponit Botanicis.

HIRUNDO.

1. HIRUNDO rectricibus excepto pari intimo alba macula notatis. *Linn. Fn. Suec. 244.*
   Hirundo domeſtica. *Geſn. av. 548. Aldr. ornith. l. 17. c. 16. Willugb. ornith. 155. t. 39. Raj. av. 71. n. 1.*
   Auſtr. Haußſchwalbe.
   Habitat *ubique in domibus intra tectum, in cubilibus, & ſtabulis nidulans.*
   Victitat *culicibus, muſcis & præſertim apibus, araneis.*
2. HIRUNDO dorſo nigro cæruleſcente, rectricibus immaculatis. *Linn. Fn. Suec. 245.*
   Hirundo ſylveſtris. *Geſn. av. 564.*
   Hirundo agreſtis. *Jonſt. ornith. 117.*
   Hirundo agreſtis ſ. ruſtica Plinio dicta. *Aldr. ornith. l. 17. c. 7.*
   Hirundo agreſtis plinii ſ. ruſtica. *Willugb. ornith. 155.*
   Hirundo ruſtica ſ. ſylveſtris. *Raj. av. 71. n. 2.*
   Auſtr. Speyerl.
   Habitat *paſſim juxta domos, ſub margine tecti extra domum ſummo parieti nidum affigens.*
   Victitat *iisdem.*
3. HIRUNDO nigra tota, gula albicante. *Linn. Fn. Suec. 246.*
   Apus. *Geſn. 166. Aldr. ornith. l. 17. c. 19. Jonſt. ornith. 119. t. 42.*
   Hirundo apus. *Willugb. ornith. 156. t. 39. Raj. av. 72. n. 4.*
   Auſtr. Speyer, groſſe Thurnſchwalbe.
   Habitat *in turribus, templis, arcibus, murisque præaltis.*
   Victitat *iisdem.*

4. HI-

4. HIRVNDO cinerea, gula abdomineque albis. *Linn. Fn. Suec. 247.*
Hirundo riparia f. Drepanis. *Gesn. av. 656.*
Drepanis f. Riparia. *Aldr. ornith. l. 17. c. 8.*
Hirundo riparia. *Jonst. ornith. t. 42. Willugb. ornith. 156. t. 39. Raj. av. 71. n. 3.*
Auftr. Gestetten-Schwalbe.
Habitat *ubique in abruptis littoribus, vel arenosis præcipitiis juxta fluvios; cavitates horizontales profundas effodiens, ac in illis nidum construens.*
Victitat *iisdem.*

5. HIRVNDO cauda integra, ore setis ciliato. *Linn. Fn. Suec. 248.*
Strix, Caprimulgus, Fur noctурnus. *Bellon. icon. 28. a.*
Caprimulgus Ægothelus. *Gesn. av. 242.*
Caprimulgus. *Jonst. ornith. 53. t. 20. Willugb. ornith. 70. t. 14. Raj. av. 26. n. 1.*
Auftr. Muckenstecher, Nachtrabl.
Habitat *ubique de nocte volitans.*
Victitat *potissimum culicibus, phalænis: caprarum tamen & vaccarum ubera exugere creditur.*

PRATINCOLA.

1. PRATINCOLA.
Auftr. Brachvogl.
Habitat *in pratis vastissimis ultra* Leytæpontum *vulgo* auf denen Heidwiesen, & *circa lacum* Nifchiterienfem *sitis.*
Victitat *insectis.*

Avem hanc a nomine (quantum recordor) præter Aldrovandum fub nomine hirundinis marinæ defcriptum, & depictam ad quod ne genus reducerem diu hæfitavi, nec inveni. Ob caudam bifurcatam, alas longiffimas, modumque volandi ab immortali Aldrovando ad hirundines relatam fuiffe judico, verum rictu illo amplo, qui characterem genericum harum fere folus conftituit deftituta, tibiisque altioribus donata eft. Femorum feminudorum, digitique pedum poftici brevioris refpectu ad Scolopaces pertinere videtur; quod nec roftrum & cauda, nec modus volandi, nec ala admittunt. Roftro compreffo maxilla fuperiore apice adunco, figuraque corporis feu habitu obiter confideratis cum Procellaria cele-

leberrimi Linnæi convenit; ſed nec nares cylindro roſtro parallelo eique adnato donatæ, nec pedes palmati ſunt. Novum itaque genus requirit: cum in pratis potiſſimum habitet Pratincolam nominavi.

DESCRIPTIO. *Magnitudo* figuræ ſeu Turdi viſcivori. *Roſtrum* ad latera parum compreſſum, maxilla ſuperiore apice adunco: nigrum ad baſin vero coccineum: *vertex*, *collum*, *dorſum* & *alæ* rufo-brunei coloris; *Gula* dilute teſtacea linea nigra ab oculis per aures extenſa cingitur. Pars colli anterior ex teſtaceo ad cinereum vergit, donec idem color ad pectus perveniens ſenſim evaneſcat, *pectore* in ſterno, & *abdomine* albentibus. *Urrhopyghii* pars anterior cum dorſo concolor, pars poſterior alba. *Rectricum* tectrices ſuperiores bruneæ. *Remiges* & *rectrices* fuſcæ; pennæ ſub alis rufæ. *Cauda* bifurcata. *Femora* ſeminuda, quæ ut & *pedes* plumbei coloris ſunt, digiti antici tres membrana connexi, non tamen palmati: poſticus unus prioribus duplo minor.

Ergo character genericus Prantincolæ erit: *Roſtrum* ad latera parum compreſſum maxilla ſuperiore apice adunco; *femora* ſeminuda; *pedes* tetractyli poſtico anticis duplo minore; *cauda* bifurca. *Alæ* longiſſimæ complicatæ caudam fere eminentes.

CLASSIS III.

PISCES.

DE his interim monendum habeo, pace celeberrimorum ichthiologorum *Linnæi*, & *Artedii*, quos ad cineres usque veneror, pinnarum radios ad diſtinguendas ſpecies multum quidem conferre, non tamen ſufficere, ſed ac petala corollæ in plantis numero variare. Nec iridis pinnarumque ruborem conſtantem eſſe, verum ut flavedinem corporis vel ſaporem ſecundum aquas quas inhabitant mutari.

PLAGIURI.

Hujus Ordinis nullum in Auſtria reperivi.

CHON-

CHONDROPTERYGII.

ACIPENSER.

ACIPENSER corpore tuberculis obſito; roſtro obtuſo; oris diametro roſtri longitudinem ſuperante.
Huſo. *Geſn.*
Auſtr. Hauſe.
Habitat *in danubio pondus 300. & 350. librarum germanicarum ſubinde excedens.*
SERVATIO. Ordo oſſiculorum in dorſo 13 lateralium 43. quo majorem nactus fuerit piſcis longitudinem eo magis in dorſo evaneſcunt oſſea illa tubercula, ita ut in maximis haud amplius ſint conſpicua.

ACIPENSER roſtro obtuſiuſculo ordinibus quinque ſquamarum oſſearum: intermedio oſſiculis decem.
Tücka vel Tocka. *Geſn.* Antacæi ſpecies *ejusdem paralip. 5.*
Auſtr. Tück.
Habitat *in danubio pondus 50. vel 60. librarum raro ſuperans.*

3. ACIPENSER roſtro acuto corpore tuberculis ſpinoſis aſpero.
Acipenſer corpore tuberculis ſpinoſis aſpero. *Linn. Fn. Suec. 271.*
Acipenſer. *Geſn. aqu. 2.*
Sturio. *Aldr. piſc. 517. 526. Willugb. ichth. 239. Raj. piſc. 112.*
Auſtr. Schirk.
Habitat *in danubio minus frequens.*

PETROMYZON.

PETROMYZON pinna dorſali ſecunda angulata. *Linn. Fn. Suec. 273.*
Petromyzon unico ordine denticulorum minimorum in limbo oris, præter inferiores majores. *Art. gen. 64. Syn. 89. Sp. 99.*
Lampetra parva & fluviatilis. *Rond. piſc. 2. p. 202. Geſn. aqu. 598. 706. Willugb. ichth. 104.*
Lampetra fluviatilis Geſneri. *Aldr. piſc. 81.*
Auſtr. Neunaugen.
Habitat *in limoſis* Danubii, Leythæ, Fiſchæ *aliorumque fluminum*

minum & rivulorum, longitudine sui corporis spithamam raro excedit.

Parit *Martio.*

2. PETROMYZON pinna dorsali secunda lineari, labio oris superiore pone labato. *Linn. Fn. Suec. 274.*
   Petromyzon corpore annuloso, appendicibus utrinque duabus in margine oris. *Art. gen. 64. Syn. 90.*
   Lampetra cœca seu oculis carens. *Willugb. ornith. 107. Raj. pisc. 36.*
   Austr. Uhlen.

Habitat *in fundo limoso* Danubii, Fischæ, & Leythæ.

BRANCHIOSTEGI.

Hujus ordinis nullus in Austria habitat.

ACANTHOPTERYGII.

COTTUS.

1. COTTUS alepidotus glaber, capite diacantho. *Linn. Fn. Suec. 279. Art. gen. 48. Syn. 76. Sp. 82.*
   Cottus. *Rondelet. pisc. 2. p. 202.*
   Cottus fluviatilis capitatus. *Gesn. pisc. 401.*
   Cottus fluviatilis s. capitatus. *Aldr. ichth. 613.*
   Gobius capitatus. *Jonst. pisc. t. 29. f. 11.*
   Gobio fluviatilis capitatus. *Willugb. ichth. 137.*
   Austr. Koppe.

Habitat *passim in rivis, & fluviis limpidissimis arenoso solo gaudens, & inter saxa vivens. Præsertim in rivulis circa* Moosbrunn, & *in* Fischa *circa* Schwanendorff. *Subinde quoque in* danubio. *Longitudine corporis digitum haud excedit.*

Parit *Aprili.*

PERCA.

1. PERCA pinnis dorsalibus distinctis: secunda radiis sedecim. *Linn. Fn. Suec. 284.*
   Perca lineis utrinque sex nigris, pinnis ventralibus rubris. *Art. gen. 39. Syn. 66. Sp. 74.*
   Perca fluviatilis. *Rondelet. pisc. 2. p. 196. Gesn. pisc. 698.*
   Perca fluviatilis major. *Aldr. ichth. 622.*

Perca

Perca major. *Jonst. pisc. 146. t. 28.*
Austr. Perschling, Warschieger, & dum paludosa inhabitat ac inde flavet Goldpersche vocatur.
Habitat *passim in fluviis, rivulis, lacubus, piscinis, & paludibus. Pondus duarum librarum raro excedit.*
Parit *Aprili.*
[O]bservatio. Clarissimus Linnæus in Syst. natur. edit. Stockh. 6. ord. 4. §. 127. n. 1. observavit pinnam dorsi primam 14. ossiculorum. Secundam 16. pectorales 14. ventrales 6. ani 12.
[Er]go in diversis pinnas diverso modo constitutas inveni, nimirum
in una Pinna dorsi prima erat aculeorum 14. secunda radiorum 16. ut Linnæanæ.
in alia prima aculeorum 14. secunda radiorum 12.
in alia prima aculeorum 13. secunda radiorum 15.
in alia prima aculeorum 13. secunda radiorum 14.
[I]n omnibus autem constabant
Pinnæ pectorales radiis 12. inermibus.
— ventrales radiis 6. primo aculeato, cæteris quinque inermibus ramosis.
Pinna ani radiis 9. primis duobus aculeatis cæteris septem inermibus ramosis.
[D]iffert hæc species a quarta & quinta pinnis dorsalibus distinctis: prima macula nigra ultimum inter & penultimum aculeum notata, iride constanter crocea; aculeis omnibus rectis. Distinguitur a secunda, & tertia pinnis ventralibus & ani armatis.
Perca pinnis dorsalibus distinctis secunda radiis viginti tribus. *Linn. Fn. Suec. 285.*
Perca pallide maculosa, duobus dentibus maxillaribus utrinque majoribus. *Art. gen. 39. Syn. 62. Spec. 76.*
Lucio-perca. *Gesn. paralip. 28. 1288. Willugb. ichth. 295. Raj. pisc. 98.*
Schilus s. Nagemulus Germanorum. *Aldr. ichth. 667.*
Austr. Schiel.
Habitat *in* danubio, *& in fossis arcis* Trautmannsdorffensis *quas fluvius* Leytha *transit, undo hoc anno dicto flumini communis. Pondus 8. vel 10. librarum raro 15.*
Parit *Aprili.*
[O]bservatio Pinnarum dorsalium prima aculeis 14. rectis: secunda radiis 23. ramosis.

Pinnæ pectorales radiis 12. ad 16.
Pinnæ ventrales inermes radiis 6. ramosis.
Pinna ani inermis ossiculis seu radiis 14.

DIFFERT a quarta & quinta pinnis dorsalibus distinctis, prima aculeis rectis armata, a præcedente pinnis ventralibus & ani inermibus facieque diversa. A tertia per dentes primores duos prominentes in utraque maxilla, & pinna dorsali secunda omnino inermi.

3. PERCA pinnis dorsalibus distinctis, secunda ossiculis viginti primo aculeato.
Zingel vel Zingl. *Gesn. paralip. 29.*
Austr. Zingl.
Habitat *in danubio pondus duarum raro trium librarum superans.*

OBSERVATIO Pinnarum dorsalium prima aculeis 13. rectis.
Secunda ossiculis viginti primo maximo aculeato cæteris inermibus.
Pinnæ pectorales inermes radiis 12.
Pinnæ ventrales inermes radiis quinque ramosis.

DIFFERT a secunda ossiculo secundæ pinnæ dorsalis aculeato, corpore cylindraceo, dentibusque æqualibus. A prima pinnis ventralibus anique inermibus, a quarta & quinta pinnis dorsalibus distinctis, aculeis rectis. Meminit hujus quoque Jonstonus sub aspero dum eandem Zindel vel Zingel dicit, hujus tamen opera ad manus nunc Vienna exulis non sunt.

4. PERCA pinnis dorsalibus coadunatis radiis viginti septem: aculeatis quindecim. *Linn. Fn. Suec. 286.*
Perca fluviatilis minor. *Aldr. ichth. 624. Jonst. pisc. 28.*
Austr. Pfaffenlaus, Rozwolf.
Habitat *ubique in fluviis, lacubus, & piscinis, longitudine corporis digitum haud excedit.*

OBSERVATIO Pinnarum dorsalium primam in una aculeorum 15. secundam radiorum 11. in alia vero primam aculeorum 14. secundam 12. observavi.
Pinnas pectorales inermes radiorum 12.
— ventrales ossiculorum sex primo aculeato.
Pinnam ani ossiculorum 7. duobus prioribus aculeatis, posterioribus quinque inermibus ramosis.

DIFFERT a prima pinnis dorsalibus coadunatis aculeisque subarcuatis, a secunda & tertia insuper pinnis ventralibus, & ani armatis, a quinta seu sequente ore magis obtuso; aculeis in pinna dorsi paucioribus & robustioribus, corporeque latiore.

5. PER-

[illegible]. PERCA pinnis dorſalibus coadunatis radiis triginta & uno, aculeatis octodecim.

an? Cernua. *Linn. Syſt. natur. edit. Stockh. 6. ord. 4. §. 127. Spec. 4. cum hac quoad aculeos in pinna dorſi convenit.*

Auſtr. Schraſen, Schrazen.

Habitat *in* danubio, *nec in aliis fluviis hactenus reperivi. Pondus quinque unciarum excedit, dum ſpithamam longitudine ſui corporis attingit.*

OBSERVATIO. Pinnæ dorſi coadunatæ in prima aculei 18. ſubarcuati, in ſecunda radii 13. inermes ramoſi.

Pinnæ pectorales inermes oſſiculis 14.

Pinnæ ventrales oſſiculis 6. primo aculeato cæteris quinque inermibus.

Pinna ani radiis 7. duobus prioribus aculeatis, reliquis quinque inermibus.

Pinna caudæ radiis 18.

DIFFERT a prima pinnis dorſalibus coadunatis aculeisque ſubarcuatis fortioribus, a ſecunda & tertia inſuper pinnis ventralibus, & ani armatis, a quarta ore magis acuto ad luciopercam accedente, aculeis pluribus, & reſpectu magnitudinis ſubtilioribus, ac lineis utrinque in dorſo, lateralibusque duabus nigris rectis a capite ad caudam extenſis.

MALACOPTERYGII.

MVRÆNA.

[illegible]. MVRÆNA unicolor maxilla longiore. *Linn. Fn. Suec. 290 Art. gen. 24. Syn. 39. Spec. 66.*

Anguilla. *Rondel. piſc. 2. p. 198. Geſn. piſc. 40. Aldr. ichth. 544. Jonſt. piſc. 114. t. 24. f. 7.*

Auſtr. Aal.

Habitat *rariſſime in* Danubio, *vel fluvio* Marga *dicto, paſſim vero in* Auſtriæ *ſuperioris lacubus & fluviis unde viva* Viennam *fertur. Pondus quinque vel ſex librarum raro ſuperans.*

GADVS.

1. GADVS dorſo monopterygio, cirrhis maxillæ ſuperioris duabus, inferioris quatuor. *Linn. Fn. Suec. 291.*

 Si-

Silurus cirrhis quatuor in mento. *Art. gen. 82. Syn. 110. Spec. 107.*
Silurus. *Rondelet. pisc. 2. p. 180. Gesn. pisc. 867. 872. 1047.*
Glanis. *Aldr. ichth. 569. Jonst. pisc. t. 27. f. 8.*
Austr. Schaden.

Habitat *in* Danubio, & Leytha. *Pondus 300. librarum subinde superans.*

Parit *dum ligustrum floret.*

2. GADUS dorso dipterygio, ore cirrato maxillis æqualibus. *Linn. Fn. Suec. 292. Art. gen. 22. Syn. 38.*
Silurus cirro unico in mento. *Art. Spec. 107.*
Lota. *Rondelet. pisc. 2. p. 164. Raj. pisc. 68.*
Lota gallis dicta, Stinsia s. Potarissa. *Gesn. pisc. 599.*
Lota Rondeleti. *Aldr. ichth. 648.*
Mustela fluviatilis & lacustris. *Aldr. ichth. 577.*
Mustela fluviatilis lota. *Willugb. ichth. 125.*
Mustela fluviatilis. *Raj. pisc. 67.*
Austr. Aalrutte, Rutte.

Habitat *in fluviis præsertim* Leytha, & Fischa, *alibique in omnibus purioribus: pondus duarum vel trium librarum raro superat; contigit tamen unum hujus speciei Gadum 7. librarum, alterum quinque ad arcem* Schlosshoof *captum fuisse.*

Parit *Decembre.*

ESOX.

1. ESOX rostro plagioplateo. *Linn. Fn. Suec. 304. Art. gen. 14. Syn. 26. Sp. 53.*
Lucius. *Rondel. pisc. 2. p. 188. Gesn. pisc. 500. Aldr. ichth. 630. Jonst. pisc. t. 29. f. 1. Willugb. ichth. 236. Raj. pisc. 12.*
Austr. Hecht.

Habitat *ubique in fluviis, lacubus, piscinis, & rivis, ac paludibus: pondus 17. & 20. librarum superat.*

Parit *desinente Martio, & initiante Aprili, ova hujus piscis comesta catharsin, emesinque excitant.*

SALMO.

1. SALMO dorso brunneo maculis nigris, lateribus ventreque albis.
Austr. Huech.

Habitat *in* Danubio, *in fluviis* Thraun, & Thrasen *in* Oeno, *aliis-*

aliisque inter montes fluentibus. Pondus 15. 20. & subinde 50. librarum.

OBSERVATIO. Pinna dorsi prima in æquilibrio posita officulorum 14. secunda in extremo dorso adiposa officulis carens. Pinnæ pectorales officulis 16. Pinnæ ventrales 10. Cauda bifurca officulis 20. Quem examinavi valde juvenis erat, an in adultis pinnæ aliter se habent?

2. SALMO maculis nigris brunneo cinctis: pinna pectorali punctis sex. *Linn. Fn. Suec. 308.*

Salmo latus maculis rubris nigrisque, cauda æquali. *Art. gen. 12. Syn. 24. Spec. 51.*

Trutta salmonata. *Willugb. ichth. 193. Raj. pisc. 63.*

Austr. Lachsforelle.

Habitat *in lacubus* Austriæ *superioris, in* Styriæ, & Carniolæ, *ac* Carinthiæ *fluviis, unde* Viennam *fertur.*

3. SALMO maxilla inferiore longiore, maculis rubris. *Linn. Fn. Suec. 309. Art. gen. 12. Syn. 23. Spec. 51.*

Trutta fluviatilis. *Rondel. pisc. 2. p. 169. Jonst. pisc. t. 16. f. 1. Willugb. ichth. 199. Raj. pisc. 65.*

Trutta fluviatilis rondeletii. *Gesn. pisc. 1102.*

Trutta fluviatilis rondeletii. *Gesneri Aldr. ichth. 589.*

Austr. Forelle.

Habitat *in omnibus fere amnibus limpidissimis inter montes fluentibus, hinc in valle* Breinina, *circa* Novem Ecclesias, Scotto-Viennam, Neobergam, *ad* Waltersdorff & Schwanendorff *in Fischa, in rivis vallis* Klam &c.

COREGONVS.

1. COREGONVS maxilla superiore longiore plana, pinna dorsi officulorum quatuordecim. *Art. gen. 10. Syn. 19. Spec. 37.*

Albula nobilis, *Gesn. pisc. 33. Jonst. pisc. t. 46. f. 1. Raj. pisc. 60.*

Lavaretus allobrogum. *Willugb. ichth. 183. Raj. pisc. 61.*

Aust. Reinanckl.

Habitat *in* danubio.

2. COREGONVS maxilla superiore longiore, pinna dorsi officulorum viginti trium. *Linn. Fn. Suec. 314. Art. gen. 10. Syn. 20. Spec. 41.*

Thymus. *Rond. pisc. 2. p. 187.*

Thymallus s. Thymus. *Gesn. pisc. 978.*

Thymallus. *Aldr. ichth. 594. Jonst. pisc. t. 26. f. 3. 4. 5. & 31. f. 6. Willugb. ichth. 187. Raj. pisc. 62.*

Austr. Asch.

Habitat *passim in amnibus inter montes fluentibus, præsertim retro* Scotto - Viennam, & Neobergam, *nec non in* Fischa *circa* Oberwaltersdorff, & Schwanendorff, *ac* Fischamentam. *Pondus 2. vel 3. librorum raro superans.*

Parit *secundum anni constitutionem in fine Martii, Aprili, vel initio Maji.*

CYPRINVS.

1. CYPRINVS maxillis æqualibus cirrhis quatuor, ossiculo tertio pinnatum dorsi anique uncinatis.

Cyprinus cirrhis quatuor; ossiculo tertio pinnarum dorsi anique uncinatis. *Linn. Fn. Suec. 317. Art. gen. 4. Syn. 3. Sp. 25.*

Cyprinus. *Rondel. pisc. 2. p. 150. Gesn. pisc. 309. 164. Aldr. ichth. 637. Jonst. pisc. t. 29. f. 3. 4. 6. Willugb. ichth. 245. Rai. pisc. 115.*

α. Carpio. *Linn. Syst. natur. edit. Stockh. 6. ord. 5. §. 129. Spec. 6.*

Austr. Karpfe.

β. Rex cyprinorum Gron. *Linn. Syst. natur. edit. Stockh. 6. ord. 5. §. 129. Spec. 20.*

Austr. Spiegl-Karpfe.

γ. Cyprinus ossiculo secundo subinde pinnarum dorsi anique uncinato, seu serrato.

Austr. Seepinkl.

Habitat *α. passim in fluviis, lacubus, & piscinis. β. in* Danubio *aliisque fluviis rarius. γ. in lacu* Nischiteriensi *potissimum. α. Pondus viginti aliquot librarum sæpe attingit. β. trium vel quatuor librarum pondus subinde superat, γ. raro duarum librarum pondus.* Parit *Junio.*

OBSERVATIO. *β.* linea lateralis nigra duos digitos lata utrinque a capite ad caudam extensa squamis carens. *γ*, Caput respectu corporis parvitatem improportionatum, ossiculum secundum pinnarum dorsi anique subinde pone uncinatum.

γ. Pinna dorsi 21. vel 22. radiorum, primo minimo, secundo plerumque simplici, tertio potissimum (subinde tamen secundo) crasso pone uncinato, seu serrato, cæteris bifurcatis.

Pinnæ

Pinnæ pectorales radiis 14. bifurcatis.
Pinnæ ventrales radiis 8. bifurcatis.
Pinna ani radiis 8. primo minimo fimplici. Secundo potiffimum craffo pone uncinato, cæteris bifurcatis.
Pinna caudæ officulis 22. f. 24.

Omnium trium varietatum maxillæ æquales; cirrhi fubtiliores quam fequentis duo ad latera maxillæ fuperioris, duo at angulus oris nimirum utrinque unus.

. CYPRINUS maxilla fuperiore longiore, cirrhis quatuor; officulo tertio pinnæ dorfi tantum uncinato.
Barbulus. *Arc. gen. 11. Linn. Syft. natur. Pifc. ord. 5. §. 129. Num 2.*
Auftr. Barbe.

Habitat *paffim in fluviis præfertim in* Danubio, Fifcha, *&* Leyta. *Pondus fubinde 13. & ultra, librarum.*

Parit *Aprili vel Majo fecundum anni conftitutionem.*

OBSERVATIO. Maxilla fuperior longior protuberantia carnofa nafiformi, cirrhi quatuor craffi; duo in apice roftri, duo ad angulos oris nimirum utrinque unus.
Pinna dorfi officulorum 10. tertio pone uncinato.
Pinnæ pectorales officulorum 18. & aliquot fibrarum.
Pinnæ ventrales officulorum 9.
Pinna ani officulorum 8. nullo uncinato.

Ova hujus pifcis comefta choleram caufant.

. CYPRINUS pinna ani radiis viginti feptem, pinnis fufcis. *Linn. Fn. Suec. 318.*
Cyprinus pinnis omnibus nigrefcentibus; pinna ani officulorum viginti feptem. *Art. gen. 6. Syn. 4. Spec. 22.*
Cyprinus latus f. Brama. *Rondel. pifc. 2. p. 154. Raj. pifc. 116. Gefn. pifc. 316. 317. 565.*
Cyprinus latus. *Aldr. ichth. 641. Jonft. pifc. 165. t. 19. f. 5.*
Auftr. Gareiſel.

Habitat *paffim in lacubus, pifcinis, fluviis, & paludibus pondus unius vel unius & femis libræ raro fuperat.*

Parit *Aprili vel Majo fecundum anni conftitutionem.*

. CYPRINUS pinna ani officulis fedecim; maxilla inferiore longiore incurva; pinnis pectoralibus ventrales non attingentibus.
Cyprinus pinna ani officulorum quindecim, maxilla inferiore incurva. *Linn. Fn. Suec. 319.*
Cyprinus maxilla inferiore longiore cum apice elevato, pinna ani officulorum quindecim. *Art. gen. 6. Syn. 14. Spec. 14.*

Asp. Suec. *Linn. Syst. natur. Pisc. ord. 5. §. 129. n. 21. ubi pinnam ani ossiculorum 16. etiam celeberrimus Linnæus dicit.*
Austr. Schied.
Habitat *in fluviis præsertim in* Danubio, *&* Leytha. *Pondus 7. 8. & 9. librarum sæpe attingit.*
Parit *plerumque Martio.*

OBSERVATIO. inveni Pinnam dorsi radiorum 11. ut clarissimus Linnæus Syst. natur. pisc. ord. 5. §. 129. n. 21.
Pinnas pectorales ego ossiculorum 14. & aliquot fribras cartilagineas imbricatas ille 18.
Pinnas ventrales 9. ille 10.
Pinnam ani 16. primo minimo secundo adnexo ille totidem, in aliis numeravi 15.

5. CYPRINUS pinna ani ossiculis triginta; maxilla inferiore longiore incurva; pinnis pectoralibus longissimis ventralium basin apice tangentibus.
Austr. Sichling.
Habitat *in* Danubio.

DESCRIPTIO. *Maxilla* inferior superior longior, incurva apice protuberante; maxilla superior brevior emarginata.
Oculi maximi, oculos omnium hujus generis specierum magnitudine superantes.
Pinna dorsi radiorum 10.
Pinnæ pectorales longissimæ ventralium basin apice tangentes ossiculorum 15.
Pinnæ ventrales radiorum 9.
Pinna ani ossiculorum 30.
Pinna Caudæ forcipata ossiculorum 24.

6. CYPRINUS pinna ani ossiculis undecim, cauda integra. *Linn. Fn. Suec. 321.*
Cyprinus mucosus totus nigrescens extremitate caudæ æquali. *Art. gen. 4. Syn. 5. Sp. 27.*
Tinca. *Rondel. pisc. 2. p. 157. Gesn. pisc. 984. Aldr. ichth. 646. Willugb. ichth. 251. Raj. pisc. 117.*
Austr. Schlein, & dum in paludosis habitat, ac inde flavet Goldschlein.
Habitat *passim in fluviis, piscinis, lacubus, paludibus lutosis. Pondus 3. vel 4. librarum raro superat.*
Parit *Aprili vel Majo secundum anni constitutionem.*

7. CYPRINUS pinna ani ossiculorum viginti, linea laterali recta. *Linn. Fn. Suec. 322.*
Cyprinus latus alius. *Aldr. ichth. 644. Jonst. pisc. 165. t. 27. f. 12.*

Charax

Charax. *Gesn. pisc. 222. 166.*
Carassius simpliciter dictus. *Willugb. ichth. 249. Raj. pisc. 116.*
Austr. Zobleinzl, Braxen.
Habitat *ubique in piscinis, rivis, & fluviis lutosis. Pondus raro ultra libram semis.*
Parit *Aprili.*

8. Cyprinus pinna ani officulorum quadraginta. *Linn. Fn. Suec. 323.*
Cyprinus admodum latus, & tenuis pinna ani officulorum quadraginta. *Art. gen. 3. syn. 12. Sp. 23.*
Ballerus *Rondel. pisc. 2. p. 154. Jonst. pisc. 165. t. 27. f. 7. Raj. pisc. 117. Aldr. ichth. 645.*
Piscis Blicka Germarorum, qui Alburnus lacustris dici potest. *Gesn. pisc. 24.*
Austr. Scheib-Pleinzen.
Habitat *in* Danubio, Leytha, *aliisque fluviis. Pondus 3. 4. 6. & subinde 7. librarum.*
Parit *Aprili.*

9. Cyprinus pinnæ ani radiis quatuordecim, pinnis omnibus rubris. *Linn. Fn. Suec. 324.*
Cyprinus iride, pinnis omnibus, caudaque rubris. *Art. gen. 3. syn. 4. spec. 9.*
Rootaug id est Erythrophtalmos Germanis dictus, Bramis adfinis. *Willugb. ichth. 249.*
Rotaug. *Raj. pisc. 116.*
Austr. Rothauge.
Habitat *passim in fluviis, & paludibus. Pondus libræ semis sæpius, raro libræ unius.*
Parit *Aprili.*

Observatio. Pinnam dorsi hujus piscis Clarissimus Linnæus Syst. natur. edit. Stockh. 6. pisc. ord. 5. §. 129. num. 18. observavit radiorum 11. ego in uno 9.
in alio 10.
in alio 13.
in alio 14.
in tribus aliis 12.

Pinnam ani clarissimus Linnæus ibidem radiorum 14. ego in uno officula 12. in tribus aliis 13. numeravi.
Nec minus pinnarum & iridis colore variat, plerumque quidem iris pinnæque rubent, sæpius tamen pinnæ albæ sunt, & iris flavet.

10. CYPRINUS pinna ani radiis undecim, pinnis albentibus. Corpore oblongo teretiusculo; tuberculo in maxilla superiore mobili.

An Cyprinus pinnæ ani radiis undecim, pinnis albentibus. *Linn. Fn, Suec. 325.*

an Cyprinus oblongus, iride argentea, pinnis albentibus. *Art. geu. 5.?*

Austr. Hasl.

Habitat *in fluvio* Leytha *præsertim. Pondus libræ semis ad summum attingens.*

Parit *Majo.*

OBSERVATIO. Pinna dorsi ossiculorum in pluribus 10. in aliis tamen 9. primo & secundo simplici cæteris ramosis alba.

Pinnæ pectorales 18. ad testaceum vergentes.

Pinnæ ventrales albæ in aliquibus ad testaceum, in aliis ad rubescentem colorem vergentes ossiculis 12.

Pinnæ ani in pluribus ossiculorum 11. in aliis 10. alba ad rubrum vergens.

Pinna caudæ alba ossiculorum 19.

Iris argentea in aliis flavescens, Corpus Rutili, Caput Erythrophthalmi vel characis Gesneri. Squamæ piscis Id.

11. CYPRINUS pinna ani ossiculis tredecim rubra *Linn. Fn. Suec. 320.*

Cyprinus iride sublutea, pinnis ventralibus anique rubris. *Art. gen. 5. syn. 14. spec. 6.*

Id Suecis. *Linn. Syst. natur. edit. 6. Stockh. pisc. ord. 5. §. 129. n. 17,*

Austr. Nersling, Ersling, Bradfisch.

Habitat in Danubio, Fischa, Leytha. *Pondus 4. ad 5. libras 8.*

Parit *Aprili.*

12. CYPRINUS rostro nasiformi maxillis imberbibus abdomine interne nigro.

An Cyprinus pinnæ ani radiis viginti quatuor nasiformi. *Linn. Fn. Suec. 326. ?*

Wimba. *Linn. Syst. natur. edit. Stockh. 6. pisc. ord. 5. §. 129. n. 25?*

Austr. Näßling, Weißfisch.

Habitat *in* Danubio, Fischa, Leytha, *alibique in fluviis vulgatissimus. Pondus ad summum duarum librarum attingit.*

Parit *Aprili vel Majo, secundum anni constitutionem.*

OB-

OBSERVATIO. Roſtrum naſiforme, & abdomen intus nigrum a congeneribus ſatis diſtinguunt, prætereá a Cyprino ſecundo differt maxillis imberbibus.

Pinna dorſi oſſiculorum 12. membranacea pellucida alba apice nigro.

Pinnæ pectorales oſſiculorum 16. rubentes.

Pinna ani oſſiculorum in alio 13. in alio 18. rubra.

Pinnæ ventrales oſſiculorum 11. rubræ.

Cauda bifurcata inferius rubra.

3. CYPRINUS pinnæ ani radiis duodecim rubicundis. *Linn. Fn. Suec. 329.*

Cyprinus iride pinnisque ventris, ac ani plerumque rubentibus. *Art. gen. 3. ſyn. 10. ſpec. 10.*

Rutilus ſeu Rubellus fluviatilis. *Geſn. piſc. 820. Willugb. ichth. 262. Raj. piſc. 122.*

Rutilus Geſneri. *Aldr. ichth. 621.*

Rutilus fluvialis Geſn. *Jonſt. piſc. 130. t. 26.*

Auſtr. Altl.

Habitat *ubique in fluviis. Pondus ſubinde quinque librarum.* Parit *Aprili.*

4. CYPRINUS pinnæ ani radiis viginti. *Linn. Fn. Suec. 330.*

Cyprinus quincuncialis pinna ani oſſiculorum viginti. *Art. gen. 6. ſyn. 10. ſp. 17.*

Alburnus *Rondel. piſc. 2. p. 208.*

Alburnus Auſonii. *Geſn. piſc. 23. Aldr. ichth. 6. 28. Willugb. ichth. 263. Raj. piſc. 123. Jonſt. piſc. 146. t. 29. f. 13.*

Auſtr. Spitzlauben, Schneiderfiſchl.

Habitat ubique in fluviis, paludibus, & piſcinis. Parit *Majo.*

DATUR hujus varietas linea laterali cærulea utrinque a capite ad caudam extenſa digitum indicem longitudine ſui corporis nunquam excedens. Ab Auſtriacis Reislaube nuncupata hæc ubique cum priore habitat.

5. CYPRINUS pinnæ ani radiis novem, iridibus rubris. *Linn. Fn. Suec. 331.*

Cyprinus biuncialis, iridibus rubris, & pinna ani oſſiculorum novem. *Art. gen. 4. ſyn. 13. ſp. 30.*

Cobitis fluviatilis. *Mars Danub. 4. p. 24. t. 9. f. 1.*

Auſtr. Greßling.

Habitat *ubique in fluviis & rivulis. Longitudine ſui corporis digitum nunquam vel raro excedit.* OB-

OBSERVATIO. Iris in nostratibus nunquam rubra, cæterum descriptio Linnæana illi convenit. Marsilii piscis noster est.

Pinnam dorsalem inveni in aliquibus radiis 8 dichotomis, in aliis 10; in aliis tribus 9.

Pinnam ani in aliis radiis 9. in aliis 7.

COBITIS.

1. COBITIS tota glabra maculosa corpore subtereti. *Linn. Fn. Suec.* 332.
   Cobitis barbatula. *Rondelet. pisc.* 2. *p.* 204. *Aldr. ichth.* 618. *Jonst. pisc. t.* 26. *f.* 22.
   Cobitis fluviatilis barbatula. *Gesn. pisc.* 404. *Willugb. ichth.* 265. *Raj. pisc.* 124.
   Austr. Grundel.
   Habitat *ubique in rivulis purioribus. Longitudo digiti.*

2. COBITIS aculeo bifurco infra utrumque oculum. *Linn. Fn. Suec.* 333. *Art. g.* 2. 2. *Syn.* 5. *Sp.* 4.
   Cobitis aculeata, S. altera. *Rondel. pisc.* 2. *p.* 204.
   Cobitis aculeata. *Gesn. pisc.* 404. 482. *Jonst. pisc. t.* 26. *f.* 21.
   Cobitis Barbatula aculeata. *Willugb. ichth.* 205. *Raj. pisc.* 124.
   Cobitis aculeata Rondeletii. *Aldr. ichth* 617.
   Tœnia cornuta. *Jonst. pisc.* 46. *f.* 1. *Willugb. ichth.* 266.
   Austr. Steinbeißl.
   Habitat *ubique in rivulis, præsertim in rivulo* Steinbachl *& in cavernis subterraneis ad originem ejus sitis. Longitudo digiti.*

UMBRA.

1. UMRA.
   Austr. Hundsfisch, Türkischer Gröszling.
   Habitat *in paludibus, & præsertim in cavernis subterraneis circa Leytæpontum.*

DESCRIPTIO. *Facies* tincæ; *magnitudo* digiti, *color* niger. *Corpus* squamis tectum. *Maxilla* inferior longior: *dentes* subulati in maxillis palato; *membrana* branchiostega ossiculis 6. *Pinna* dorsi ossiculis 16. *Pinnæ* pectorales ossiculis 12. *Pinnæ* ventrales ossiculis 7. *Pinna* ani ossiculis septem. *Pinna caudæ* integra ossiculis 14.

Pisciculus hic ad Malacopterygios pertinet: pinnæ enim omnes radiis osseis omnibus inermibus suffulciuntur.

I. a

a CYPRINO differt quia hujus membrana branchioſtega oſſiculis tribus, noſtræ 6. conſtat: dentesque Cyprinus tantum ad ventriculi orificium, umbra in maxillis, palato habet.

a GADO pinna dorſi unica.

a CORYPHÆNA quia hujus membrana branchioſtega oſſiculorum quinque, umbræ oſſiculorum 6. nec pinna dorſi a capite ad caudam extenſa, ſed in medio quaſi dorſo ſita eſt, nec quartam ejus partem occupat.

a PLEVRONECTE cujus membrana branchioſtega oſſiculis 7. noſtræ 6. conſtat, nec oculi umbræ in eodem latere ſunt.

a CLVPEA membrana enim branchioſtega in hac oſſiculorum 8. in noſtra oſſicularum 6. nec abdomen acutum ſerratum, ſed integerrimum cypriniforme.

a SALMONE cujus membrana branchioſtega oſſiculorum X. vel Xij eſt; pinna vero adipoſa, quæ in umbra oſſiculis ſuffulta reperitur, nec corpus maculoſum, ſed nigrum; nec dentes in lingua ſed in maxillis & palato tantum ſunt.

ab OSMERO, cujus membrana branchioſtega oſſiculorum 7. vel 8, umbra 6 eſt. Nec pinna ut in Oſmero adipoſa, nec dentes in lingua.

a COREGONO hujus membrana branchiaſtega oſſiculorum 8. vel 10. Umbræ 6. nec pinna ut in Coregono adipoſa, nec dentes minimi vix prominentes, ſed ſubulati ac eminentes.

ab ESOCE in hoc enim membrana branchioſtega oſſiculorum 14. S. 12. in umbra 6. pinna hujus in extremo dorſo, noſtræ in medio quaſi dorſo, nec dentium ſeries in palato & maxilla ſuperiore, ut in illo duas lineas ſed duos ſemicirculos ac in gado conſtituunt.

10. ECHENEIS dici poteſt, in hac enim membrana branchioſtega oſſiculorum circiter 9. in umbra 6. nec capus noſtræ planum ſtriis transverſis aſperis, ſed cypriniforme.

11. ab EXOCÆTO, cujus membrana branchioſtega oſſiculorum 10. hujus 6. nec pinnæ pectorales longitudine corporis, ſed breves ac in cyprinis vel ſalmonibus.

12. ab ARGENTINA cujus membrana branchioſtega oſſiculorum 10. umbræ 6. nec anus caudæ vicinus, nec dentes in lingua.

13.

13. a COBITE cujus membrana branchioſtega oſſiculorum 5. hujus 6. nec primum oſſiculum latius, ſed reliquis ſimile; nec cirri ad os conſpicui.

14. a STROMATEO præter reliqua quia in hoc pinnæ ventrales abſunt, dorſales vero longitudine dorſi, in umbra dorſalis nec quartam dorſi partem occupat, nec ventralibus caret.

15. a GYMNOTO cui pinnæ ventrales dorſalesque deſunt, quibus umbra ornatur.

16. ab ANARHICHA nam in hoc pinnæ ventrales abſunt, in umbra adſunt nec noſtræ cauda quadrata.

17. nec AMMODYTES nominari poteſt, quia in hoc membrana branchioſtega oſſiculorum 10. noſtræ 6. iſte pinnis ventralibus caret, umbra gaudet.

18. nec MURÆNA, cujus membrana branchioſtega oſſiculorum 10. noſtræ 6. nec foramina narium tubuloſa in apice roſtri umbra habet.

19. nec ANABLEPS vocari poteſt, nam hujus pinna unica in extremo dorſo, in umbra pectorales, ventrales, dorſi, ani, caudæ conſpiciuntur.

20. nec SYNGNATUS nam in hoc branchiorum lamina unica, in umbra membrana branchioſtega oſſiculorum 6. nec maxillæ ejus a lateribus clauſæ.

NOVUM igitur *genus*; quod cum cavernas ſubterraneas luce carentes potiſſimum inhabitet *Umbram* vocavi; cujus *character* genericus erit: *Membrana* branchioſtega oſſiculorum ſex. *Dentes* in maxillis palato. *Oculus* in utroque latere unus, *pinnæ* ventrales duæ, dorſi unica oſſiculis ſuffulta in medio fere dorſi ſita nec a capite ad caudam extenſa.



Hæc

Hæc pauca ſunt Naturalia, quæ hactenus in Auſtria inferiore obſervare, & deſcribere licuit. Plures enim ſpecies tacere teneor neceſſaria librorum ſupellecti- e deſtitutus; inter volatilia autem plures Scolopacum, nſerum, & paſſerum ſpecies omittere debui, cum a di- tantibus venatoribus, tardius miſſas antequam depinxiſ- em vel fuerint putrefactæ, vel illarum exuvias (indita uamquam nicotiana, ſantonico, & aloë) attamen de- oraverint dermeſtes; utpote quos, ut nunc edoctus um, arſenicum ſolum alumine uſto mixtum arcet. Nec mphibia, inſecta, & mineralia Auſtriaca tradere huc- sque auſus ſum a locupletiſſima Bibliotheca S. C. M. UÆ, in qua ex ſingulari IMPERATRICIS verſus ſtu- ia amore omnibus litteratis contentis libris frui concedi- ur exulans, & panem quotidianum praxi clinica, ac onginquis itineribus inter ruſticos conquirere coactus: ræſertim dum me in hoc ſtudio longe majorem eadem olligere ſcivi. Plura tamen Naturalia in Auſtria de- egenda, ne dicam in vaſtiſſimis regnis Celſiſſimæ & uguſtiſſimæ IMPERATRICI noſtræ ſtudiorum RE- TAVRATRICI ſubjectis invenienda eſſent, ſi ſolum udere, hiſtoriæque naturali operam navare liceret. Nulla etenim nos urget neceſſitas exteras provincias ut etamus, ſola Auſtriæ vicina Hungaria illique adjacens um montibus Carpathicis, Tranſyivania, Bohemiam, Moraviamque taceo, hiſtoriæ naturalis ſtudioſis largiſ- imum adhuc campum ſuppeditant. Ex hoc & contra- iis aſtris derelicto, ſi majora ſperare nefas eſt, quæ- am ſaltem eruere, ac ab oblivione vindicare impo- erum concedetur. Interim viros ex ſcientia magnos umillime obſecro, meo (cui & doctrina, & biblio- heca, & reditus hactenus deſunt) ingenio profunda llorum perſpicacia metiendo, ac ex primo hocce la- ore arguendo benigne procedere non dedignentur, ſen-

ten-

tentiamque ſequentem a Clariſſimo Linnæo Faunæ Suecicæ ex Quintiliano præpoſitam mente pervolvant: Quæ præſenti opuſculo deſunt ſuppleat ætas ; non enim differendum eſt tyrocinium in ſenectutem. Nam quotidie creſcit metus , majusque fit ſemper quod auſuri ſumus; Et dum deliberamus, quando incipiendum, incipere jam ſerum fit, quare fructum ſtudiorum viridem & adhuc dulcem promi decet, dum & venia, & ſpes eſt, & paratus favor, & audere non dedecet.



IN-

INDEX PLANTARVM.

B.

Cy-

I.

K.

L.

M.

Pu-

SEM-

T.

Thy-

ANIMALIA.

Ca-

G.

H.

I.

K.

Ratze

Starl

Wald-



ERRORES.

Qui abſente Authore præſertim in prima duo folia irrepſerunt.

Pag. 1	Lin. 12	mono-	lege	bi
4	— 13	Ammruth	—	Amm. ruth.
5	— 30	ſ. Alpe deleatur.		
6	— 5	chamædyfolia,	—	chamædryfolia.
9	— 2	ſtylo	—	ſtylis.
11	— 19	alpen	—	alpem.
19	— 30	obturis	—	obtuſis.
20	— 27	lato	—	lati.
	— 26	verru	—	verſu.
	— 36	erectisunum	—	erectis ad unum.
22	— 23	gluminis	—	glumis.
23	34 & 35	dioſcordis	—	Dioſcoridis
	— 5	donax	—	Donax.
24	— 12	quirinis	—	quinis.
28	— 1	pyrenaria	—	pyrenaica.
179	— 13	inveni monte	—	inveni in monte
	— 17	ex peritiſſimi	—	expertiſſimi

Reliquos B. L. corrigere rogatur.